











Grim M.V.

Translation of Grim's
Laboratorium chymicum
1677

See Ferguson i. 347.





INSULÆ CEYLONIÆ THESAURUS MEDICUS,

Vel

LABORATORIUM CEYLONICUM.

A BARTHOLOMEO PIELAT,
Medicinæ Doctore, Latinitate donatum.



AMSTELODAMI,
Apud HENRICUM & THEODORUM BOOM. ANNO 1679.

Nihil est Medicina melius, nihil optabilius, nihil hominum generi datum præstabilius, Cunctis enim Mortalibus quid Vitâ, quid Sanitate charius?

ait FERNELIUS

DOCTOR GALLICUS

MEDICORUM Coryphæus, ac verè PRINCEPS,

& Sapiens,

Altissimus creavit è Terra Medicinam & Vir Prudens non abhorrebit illam.



CELSISSIMO PRINCIPI, ac DOMINO ſuo CLEMENTISSIMO,

VERO PATRIÆ PATRI

D. GUILLELMO III

Dei Gratiâ, Arauſionis Naſſaviæque Supremo PRINCIPI.

Comiti Cattimeliboci, Viandæ, Dietziæ, Lingæ, Meurſæ, Buræ, Leerdami, Veræ, Vliſſingæque Marchioni, Bredæ, Gravæ, Ditionis Cukianæ, Dieſtæ, Grimbergæ, Herſtalli, Cranendonki, Varneſtoni, Arlæi, Noſeroli, S. Viti, Dasburgi, Polani, Wilhelmoſtadii, Nirvarti, Iſelſteini, S. Martinodici, Steenbergæ, Mon-

tis Gertrudis, Naaltvici, Superioris pariter & Inferioris Svaluvæ Domino ac Baroni. Antuerpiæ & Bisuntionis Burggravio. Hollandiæ Mareschalco Hæreditario. Geldriæ, Hollandiæ, Zeelandiæ, Ultrajecti atque Transissulaniæ Gubernatori & Dictatori Perpetuo. Fæderati Belgii quà terrâ quà mari Imperatori summo. &c.

NIsi magna esset Tua facilitas, non ausim, Illustrissime Princeps, ignobilem hunc & proletarium Medicinæ meæ fœtum, Tuæ fidei, Tuoque patrocinio obtrudere; eadem enim Benignitas quâ Tibi subditorum animos arctissimè obstringis mihi spem facit me virulentos malorum morsus Au-

Authoritatis Tuæ clypeo repulſurum. Primitiæ fructuum, Sereniſſime Princeps, ſub antiquum fœdus, Summi ſacerdotis erant; Ego quoque cum ſedulò diſpicerem cuinam præcipuè Embryonem hunc, haſque Medicinæ primitias darem, dicarem; nemo citiùs quàm Tu, ceu ſummus mihi Pontifex occurriſti, non tàm ob inclytam Tuæ Gentis Originem, quæ antiquitate & gloriâ nulli cedit, quàm potiùs ob ea quæ verè Tua ſunt; Sed non lubet hîc, Præſtantiſſime Princeps, incredibilem Tuum Religionis zelum, inſignem ſuper annos prudentiam, ac invictam & à Majoribus inſitam animi magnitudinem multis verborum lenociniis prædicare. Non aſſequitur carbo Ma-

jeſtatem Solis, cujus radiorum fulgor continuè lucet. Cuilibet notum eſt Te fuiſſe eum qui Regionem hanc ac Religionem hoſtium alioquin prædæ expoſitas in hunc uſque diem ſic ſervavit ut hîc ampliùs Te ſuperſtite nullus timeat. Quantus ſis Generoſorum, Piorum, atque Literatorum Fautor, affectus quo tot Excellentiſſimos Viros diligis, abundè probat. De ingenti Tuo erga Literas amore nihil dicam, quum eum omnes in Te pariter admiremur. Verùm ne captaſſe videar occaſionem Laudis quam Tu pro ingenitâ Tibi modeſtiâ ſpernere ſoles, ego tantùm ſubnexum librum ad Tuæ Celſitudinis aras deponam, humillimè rogans ut nominis Tui tutela ei non denegetur,

Me-

Medicinæ quidem Artis nobilissimæ præstantiam humano generi utilem ac necessariam tunc quoque-vides cum Te & Aulam Civesque tuos, Doctores tui præstantissimi *Romphius* & *Bruynsteenius* Reipublicæ bono, ex periculosis morbis pristinæ, cum Deo, valetudini restituunt. Accipe igitur Mecænas, istud qualecunque Observantiæ meæ signum; quod si Tibi non displiceat oppidò mihi gratulabor; nam ut rectè Venusinus cecinit.

Principibus placuisse
Viris non ultima laus est.

Vale, Princeps Illustrissime. Deum precor medullitùs unâ cum fratre meo ac omnibus bonis ut ipsam Celsitudinem

Tuam, Heroinam Principiſſam lectiſſimam, Imperatorum, Principum, Regumque progeniem diù longùmque ſoſpitet.

Uſu ac mancipio Tuus ſubditus Arauſionenſis,

B. PIELAT

Medicinæ Doctor.

SON-

SONNET

A Son Alteſſe Royale Mon-
ſeigneur Le *Prince d'Orange.*

*ILluſtre & noble ſang de mille de-
my Dieux,
Heritier glorieux de leur rares meri-
tes,
Prince jeune & Vaillant qui brillés
ſous les Cieux,
D'un éclat qui ne peut point avoir de
limites.*

*Eſprit bien plus qu'humain dont les
charmes ſi grands,
Qu'on ne ſcauroit jamais parfaitement
decrire,
Ont gagné tous les cœurs de ces Bra-
ves Flamands.
Pour les faire ſoûmetre à voſtre ayma-
ble Empire.*

*Ma ſeule ambition eſt d'avoir le bon-
heur,*

De meriter un jour Vostre haute faveur,
Oú bien de l'obtenir de Vostre pure grace.

On pourra dire alors jusques à mon trepas,
Pielat *est plus heureux que ne le fut Horace,*
Veu qu'un si puissant Prince est son doux Mecenas.

B. PIELAT,

Doct. en Medec.

Pro-

Pro Serenissimo Principe Auriaco Votum Panegyricum atque Christianissimum à Doctissimo Domino

Dr JOANNE FR. HELVETIO

Veræ Medicinæ Restauratore prolatum, in libro suo incomparabili de Physiognomia & rerum Signaturis.

O! Magne PRINCEPS

Vive
- DEO, *qui* AUTOR *est Vitæ*,
- CONSCIENTIÆ, *quæ Vitæ est Vita*,
- FAMÆ, *quæ post Vitam est Vita.*

Prætereà

Sole
- *Ex* DOMINI *Verbo tibi sit* SAPIENTIA *vera*,
- *Ex* CHRISTI *merito tibi sit* FIDUCIA *vera*,

In vitæ CŒLO *quoque sit tibi* PATRIA *vera.*

Mihi verò

Etiam da DEUS *Pater*, FILI & SPIRITUS *Sancte*, *noſſe* TE, ME, MUNDUM, Amen.

Æqui bonique Conſule,

Fave, *Fove*, *Vale*, *Vive*, *Certa*, *Vince*, *Triumpha*, *regna ſecundùm æternum Edictum Omnipotentis* DEI, *qui eſt* A & Ω, *Omnia implens in Omnibus*

Amen.

Ve-

Veræ Medicinæ Compendium á J.F.H. Mulo-Medicorum seu Medicastrorum, Apothecariorum sordidorum scil. ac Insulsorum, Chirurgorum insciorum nempè simpliciumque Tonsorum Impugnatore perpetuo.

Lapis Philosophorum est Sapientiæ æternæ scintilla, magnesia Saturnina Catholica, ignis Saxa perforans. In Vitulo Aureo.

Est alma sui Mercurii potio Medica.

Vis magnetica ingenita potentialis est in ferro à magnete. Vis magnetica in auro à Mercurio. Vis magnetica in argento à Venere seu Cupro.

Lapis est Sal divinus cujus operatione Corpus metallicum sive minerale corrumpitur, destruitur, demoritur. Proprium bonorum est, aliis prodesse. Gregor. Nyssenus.

Interna plumbi natura à simplici Spiritus Salis maturatione, nobilissima formâ externâ apparet.

Felix qui norit rationem eliciendi per ignis torturam ex metallis, arcana Medica. Lapis Philosophorum quem Vidimus fuerunt tria ponderosa fragmenta grandiuscula ferè parvam juglandem æquantia qualia coloris erant vitrei, Subpallidi Sulphuris quibus interiores adherebant squamæ crucibuli, in quo liquefacta fuerat nobilissima substantia.

Cera flava conservasset prædam à fumo plumbi.

Omnia metalla a Vaporibus plumbeis corrumpuntur & redduntur similia Vitro fragili.

Duo dumtaxat metalla ac mineralia dantur ex quibus præparatur Arcanum, sed quia multò abundantius in istius mineralibus Philosophorum Sulphur suppetit. Ergò ex Mineralibus conficitur.

Men-

Menstruum est Sal quoddam cœleste seu cœlestis Virtutis cujus beneficio Philosophi Terrenum Corpus metallicum dumtaxat solvunt, solvendoque mox reducitur in nobile Elixirium Philosophorum.

In crucibulo, non in vitro, à principio ad finem usque, in igne aperto perficitur operatio.

Opus totum non diutiùs nisi quatriduò & inchoatur & planè consummatur, in quod opus totum non impenduntur impensæ plures tribus Florenis. Neque minerale ex quo, neque Sal per quod est magni pretii.

Nemo artis amatorum sine communicatione alicujus Adepti veri in æternum inveniet artem præparandi hoc mysterium.

Aurifaber de quo D. Helvet. Fuit tantùm Orichalci fusor qui à teneris imguiculis suum in pyrotechniâ ingenium excoluit, ac naturam metallorum inclusam pervestigavit.

Supra variis effectibus in variis vini & Scorbutis Hominibus probatur, non dari Unicum universale Medicamentum, sed mediante aliquo Remedio Vegetabili aut minerali. Artista laudat Sentivogium Cosmopolitam & Basilium in suis XII Clavibus.

Philosophorum Tinctura est reclusa in Mineralibus metallicisque corporibus.

Opus est ut Artis filii sciant qualiter per fermentum salinum quoddam idoneum metallicæque naturæ gratum edomare dissolvere separare & concentrare possit non magneticam modò virtutem tingendi metallica sed qualiter etiam more Philosophico in suo homogeneo Aureo vel Argenteo eandem multiplicare valeant. Philosophicus modus destruendi metalla atque colligendi animas ipsorum internas ab aliquo Adepto expectandus est.

Per

Per metalla, ex Metallis atque cum metallis emundatis, Spiritualibus & ab ipsamet fece antea depuratis fiunt metalla ac Aurum Argentumque Philosophorum vivum, tàm ad corpora humana quàm metallica.

D. Helvet. desiderat Modum præparandi illud Cæleste Sal Spirituale per quod & cum quo corporeis terrestribusque substantiis possit quasi in eorum matrice colligere Spiritualis Salis & Lunæ radius.

Sendivogii Chalybs est illa vera Mercurialis humiditas metallica qua adminiculante sine omni corrosivo in igne aperto, crucibuloque Artifex auri possit fixos Salis aut lunæ radios a suo corpore separare, atque deinceps volatiles Mercuriales reddere pro Tincturâ Philosophicâ siccâ.

Pyrotechnia est matrix ac nutrix variarum nobilium Scientiarum Artiumque.

Ex cognitione Sympatiæ & Antipatiæ Metallorum æstimantur veri Philosophi.

Helvetius in Suo Cœlesti Diribitorio.

Proprium fermentationis est odores, fætores, sapores & colores rerum immutare, earumque naturam veteri destructa producere novam.

Ut visus ex externis Signaturis relationes plantarum ad partes corporis, ita os ex Sapore, nasus ex odore Signaturas Sulphureas, Mercuriales, salinas trahunt.

Ex proprietatibus trium Principiorum res omnes vivunt aut moriuntur.

Lymphæ glandularum ventriculorum & viscerum omnium faciunt partium fermentum.

Fermentatio est Conservatrix sanitatis omnium partium. Beneficia fermenti describuntur pag. 7. Diribitorii.

H. uti-

H. utitur in Apoplecticis Vitriolo lunæ martis, & Veneris benè præparato dulcificatoque.

Omnes pelliculæ nervorum ac musculorum totius corporis habent pro radice membranulas Cerebri.

Plantæ sumendæ secundùm Complexionem. Germani Virgulam habent quâ ambulantes norunt quid sit in sinubus montium.

Chylus in ventriculo & Lympha in glandulis sunt succus alibilis, non Sanguis.

Universale magnum secretum humidum ac siccum est lapis.

Non pertinet ad Chrysopæos seu Alchymistas facere lapidem Philosophorum sed ad Doctos physicochymicos.

Confectum è vitro viridi perspicilium roborat visum. Vitrei autem rubini Tinctura cor confortat.

Sapienti sat dictum de ejusmodi Tincturis, separa purum ab impuroc.

Ex fermento corrupto in Chylo & succo alibili, in ventriculo & intestinis multa damna.

Item lymphæ glandularum in musculosis pelliculosisque partibus. 26. Sapor Salinus, humiditas Mercurialis.

Effervescentiæ, fermentùm, Flatus omnes morbos producunt.

Calidum & frigidum, siccum & humidum non sunt illud centrum ad cujus circulum omnes Omnium creaturarum praprietates circumvolvuntur.

H. pro Sale acerbo Vitriolato utitur ad Correctivum, herbis Mercurialibus, ut & pro sale Austero aluminoso.

Aluminosum opponitur Vitriolato ita etiam ex Vegetabilibus quædam opponuntur aliis, ex vi ipsorum

ſorum Sulphuris dulcis cum Salis acidi mixtura.

Sal auſterum ſeu Aluminoſum eſt etiam Narcoticum, aſtringens, conſtringens, contrahens, & ab effectu ejus omnes membranoſæ nervoſæ muſculoſæ & Fibroſæ partes pati neceſſe habent & virtute ſui Sulphuris dulcis in partibus glanduloſis longè plures accreſcentias, excreſcentias, tumoresque Scrophuloſos producit.

Datur Correctorium Speciale hujus Salis auſteri.

Omnis Sapor acidus ſivè fætor, ſive odor Volatilis acidus eſt quoque Sal tertium compoſitum ex ſale acri prædominante; ex Sulphure amaro fixo in humiditate Mercuriali ſubdulci.

Sapor acidus jure judicatus eſt Sal tartareum conſimilis generis Salem acidum reperies in omnibus corporis noſtri ventriculis.

Sapor acidus fermentum promovet in ventriculis, ita odor acidus in Arteriis.

Utiliter adhibentur acida in morbis ſerventioribus contra ſitim, ratio eſt quia præcipitant omnia inflammantia Sulphurea, oleoſaque Salia volatia, & fermentum corruptum in actum priſtinum reducunt.

Non ſunt adhibenda acida quando morbus eſt ex acidis. Morbi ex humoribus acidis cum Correctivis. 43. ad 52.

Sapor fixus & odor ſive fætor Volatilis amarus eſt Sal Sulphureum tertium compoſitum ex Sulphure dulci & ſale auſtero in Mercuriali humiditate.

Reperitur in veſica fellis.

Contubernales ignorantiæ redarguit.

Cum acidum prædominatur, adhibentur Amara & Alkalia.

Aloe

Aloe Solutionem alui. Sudorem Carduus ben. Urinam, cortex mali Aurantii, Salivam pyretrum &c. 54.

In morbis ardentibus, cautione opus in amaris Medicamentis.

Nam amari odores ſedem capiunt intus membranulas cerebri aut in meningibus.

Morbi qui ex amarore naſcuntur. 60

Sudorifera commendat in Febribus.

Quæ herbæ acidæ & res pugnent contra Amara Sulphurea. 58. 59.

Omnis Sapor acris fixus & odor Volatilis eſt. Sal Sulphureum tertium ex Sulphure fœtido amaro & ſale auſtero, in quodam Mercuriali humiditate putrida.

Omnis ſapor acris cenſetur Sal Armeniacoſum.

Tale reperitur in veſicis & aliis viſceribus.

Omnis carnis mortificatio vocatur Sphacelus. 62

Varios morbos Sal tale acre progignit.

Dantur pugnantia contra Acria Sulphurea.

Index morborum Acris Saporis. pag. 69

Sapor ſalſus fixus eſt ſal tertium ex Sulphure Volatili ſubamaro, & ſale acido fixo ſubtili in humiditate Mercuriali Sub dulci. Vocatur Commune Sal naturæ.

Morbi varii à ſapore Salino naſcuntur.

Herbæ pugnantes mediante ſuo Sale Volatili Sulphureo reſolvente contra Salſedinem fixam urinoſam. Omnis ſapor & odor dulcis eſt Sal tertium, conſlatum ex Sulphure Volatili maturo, & ſale fixo inſipido calcis in humiditate Mercuriali.

IN-

INDEX REMEDIORUM.

A.

ACacia. 112
A Radix Amoris. 128
Aqua Tenellorum Cervi. 19
Aqua Cordis Cervi. 20
Ariſtolochia Longa. 121
Arthemiſia. 132
Arum. 125
Arundo Indica Odorata. 120
Arbor Aurantia. 115
Aqua Sulphurea Martis. 153
Aroph. Philoſophorum. 157

B.

BAlſamina Momordica. 125
Balſamum Cinnamomi. 77
Balſamum Vitæ. 73
Balſamum Sulphuris Camphoratum. 81
Bezoardicum Corn. Cervi. 21
Bezoardicum Cornu & Ungulæ Alces. 25
Bezoardicum Cornu Rhinocerotis. 32
Bezoardicum Viperinum. 38
Billinghbingh. 110
Bryonia. 126
Arbor Bolanga. 85
Butyrum Perlarum. 51

Ca-

C.

CAlamintha. 128
Calamus Aromaticus. 123
Carambolos. 111
Arbor Cassia. 114
Arbor Citri. 114
Cornua Alces calcinata & præparata. 24
Arbor Cinnamomi. 55
Conserva Florum Cinnamomi 57
Folia Cinnamomi. 58
Fructus Cinnamomi. 63
Radix Cinnamomi. 78
Arbor Cinnamomi Sylvestris. 84
Cocos Sive Arbor Crepitaculorum. 101
Crystallus, & alii Nobiles atque pretiosi lapides. 167
Crocus Martis. 150

D.

DIascordium Spagyricum. 83

E.

EMplastrum album Frigidum. 69
Emplastrum Diasulphur Camphorat. 66
Emplastrum Cephalicum. 67
Emplastrum Nervinum. 68
Emplastrum Stomachicum. 67
Essentia Cinnamomi. 72
Extractum Radicis Cinnamomi. 96

Eleosaccharum. 159

F.

FAba Purgatrix 124
De Floribus Cinnamomi. 56

G.

GAlanga Major. 122
Gummi Gutta. 106
Arbor Granata. 116

H.

HIrcus. 42
Hyssopus. 129

K.

KKakuna Ghaba. 108

L.

LIgnum Ebenum. 98

M.

MArchasita Sulphurea. 162
Matricaria. 133
Marrubium. 129
Mentha. 129
Marmella. 87
Marmelada Cordialis. 88
Cephalica. 89
Hepatica. 91
Nephritica. 93

Pecto-

Pectoralis. 90
Stomachica. 90
Laxativa. 93
Marmelada cum Gummi Gotti. 94
Minera Martis. 141
Molucca Gajapala. 103
Moringa. 111

N.

N*Icotiana.* 126
Nymphæa. 131
Nitrum Vitriolatum. 161

O.

O*Leum Coctum Florum Cinnamomi.* 58
Oleum Martis vel Mars Potabilis. 154

P.

De Conchis seu Perlarum testis. 94

P*Olipodium Indicum.* 124
Sylvestres & Domestici porci. 45
Essentia Lapidis Porcini Ceylonici. 47
Pulvis antifebriticus Perlatus. 53

R.

R*Osmarinus.* 130
Ruta. 131

S.

S*Al Centrale Fixum.* 139
Sal Cinnamomi. 74

Sal

Sal Volatile Urinæ Vinoſum. 5
Sal Volatile & Fixum en Viperis & Serpentibus. 34
Salſaparilla. 126
Spiritus Salis Dulcis. 150
Sulphureus. 154
Spiritus Vitrioli. 164
Sambucus Indica, Minai vocata. 109
Scabioſa. 132
Scilla. 130
Scorpiones. 47
Arbor Serpentaria. 95
Radix Serpentum. 116
Seſamum. 131
Solanum Hortenſe & Indicum. 125
Spiritus Vini Camphoratus. 180
Spiritus Vini Diaphoreticus. 1
Spiritus Sanguinis Cervi. 21
Spiritus Cornu Alces. 22
Spiritus Antiepilepticus ex Ungula Alces. 24
Spiritus Fuliginis ex Ligno Cinnamomi. 75
Spiritus Cornu Capri Cervi Orientalis. 26
Spiritus Cornu Rhinocerotis. 28
Spiritus Ligni Ebeni. 99
Spiritus Sanguinis Hirc. 42
Syrupus Camphoratus. 61
Syrupus Cinnamomi. 76
Syrupus Perlarum. 52
Spiritus Nitri acidus & dulcis. 161
Spi-

Spiritus Vitrioli Martis. 149
Syrupus Chalybeatus. 158
Spiritus Salis. 160
Spiritus Salis Dulcis. 160
Sulphur Martis. 4
Sulphur Philosoph. præparat. 165
Tinctura Sulphuris Vitrioli.. 150

T.

T *Amarindis.* 113
Terra. 35
Tinctura Bezoardica. 40
Tinctura Sulphuris Camphorati. 82
Arbor Tristis. 116
Turbith. 122
Vitriolum. 163
Vitriolum Martis Dulce. 153

V.

U *Nguentum. Carminaticum.* 71
Vnguentum Hepaticum. 70
Vnguentum Nervinum. 69
Vnguentum Spleneticum.

Z.

Z Edoaria. 116
Zingiber. 119

L A-

LABORATORIUM CEYLONICUM.

CEYLONICI nostri LABORATORII principium inibimus, *Regnum Animale* perlustrando; sed imprimis quasdam ex Humano corpore *præparationes* designabimus eò quod à nobis precipuæ dignissimæque censeantur: sunt autem eæ quæ sequuntur.

Spiritus Vini Diaphoreticus.

Recipe Sanguinis Humani, scilicet ex sanis ac iuvenibus Maribus, tantùm quantùm libuerit: & quando coagulatus erit, Aquam ipsius ejice, quam quidem si velles in *Balneo Mariæ per Alembicum*, distillare posses, eaque utilissima tibi foret

pro nonnullis oculorum affectibus: Sanguinem autem quod attinet: Accipe *Spiritus Salis* quantitatem æqualem Aquæ detractæ: Agitentur atque misceantur simul, tunc *Alcali Volatile* seipsum imbibet, & utrorumque fiet Conjunctio, per quam deinde, melior quàm antea separatio continget in Igne. Tunc materiam ad Solem vel super Igne siccabis, ipsi quinquies tantùm *Tartari Albi* permiscens, eò usque pulverem exinde formare poteris. Tunc impones ipsum in Retorta Vitrea, quam optimè undique lutatam cum Recipiente in fornace ventosa collocabis, ignem autem primò lentum, ac moderatum ac cendes & pedetentim fortiorem, donec nil ampliùs exire videas. Tunc Ignem extingui permittes, Recipientem eximes, & quod inest in Vitream Retortam effundes, adjiciendo ter aut quater tantùm *Spiritus Vini*: Postquam autem aliquoties illas res simul extraxeris, *Spiritum* quem-
dam

dam habebis, conſtantem en *Sale Volatili Mercuriali*, ex *Subtilizato Sulphure Tartari* & *ex humano Sanguine*, qui quidem *Spiritus* erit penetrans, incidens & diſſolvens, ita ut obſtructiones aperiat, Viſcoſos humores incidat ac ſolvat, maligna fermenta præcipitet, eaque protinùs per Sudorem ac Urinam depellat. Nonnullas nunc eo tibi præſcriptum Formulas, ut exinde tibi judicare liceat quomodo *Medicamentum* iſtud egomet multoties adhibui, atque Ægrotantes magno cum fructu ſublevavi: ſit autem hoc, ſequenti modo.

Poſt primas Corporum Præparationes, bonus eſt hic *Spiritus* ad omnigenas Febres quæ Viſcerum obſtructioni, vel acri cuidam Fermento, ſuam debent Originem: Veluti:

Rec: *Sp: Vini Diaphoretici, gutt. xx.*
Vini Albi Gallici, unc: ij.
M. F. Sudoriferum.

In Epilepſia.

Rec: *Sp. Vini Diaphoret. Dr. S.*
Aq. Menth.
Rorismarin: an. unc j.
M. F. Sudorif. pro duab: dosib.

In Apoplexia.

Rec: *Sp: Vini Diaphor: Dr. S.*
Essent: Rorismarin: Scr. S.
Cinnamom gutt. v.
Aq: Cardamom: Sylvestr. unc ij.
M. F. Sudoriferum.

In Suffocatione Matricis.

Rec: *Sp: Vini Diaph. Scr j.*
Syr. Menth. unc S.
Aq. Matricariæ unc j.
M. F. Haustus.

In Obstructione Mensium.

Rec: *Sp: Vini Diaph. Dr. S.*
Essentiæ Cinnam. Scr. j.
Rorism. Dr. S.
Aq. Calaminth.
Arthemis.
Matricar an. unc. j.
Syr. Cinnam. unc j.
Misc.

In Hydrope.

Rec: *Sp. Vin. Diaph. Scr. j.*
Aq. Morung. unc. j.
Misc. F. Sudoriferum.

Quamvis ipsius Usus ulteriùs extendi possit, non tamen mihi visum est necessarium illud hoc in loco describere, quandoquidem quilibet Artis Amator ampliorem huius Remedii perquisitionen faciendi satis superque capax sit futurus.

Quoad applicationem externam, respectu *Fluxus Podagrici & Arthritidis Vagæ*, rectum æquumque tempus quo *Spiritus* ille sit usitandus, noverint Artis Periti.

Quod superest spissum Oleum, præstans *Anodynum & Resolutivum* est ad omnes duros, frigidos & viscosos Tumores.

Sal Volatile Urinæ Vinosum.

Recipe, quantitatem sufficientem Vrinæ Juvenum *Microcosmi Filio-*

rum, qui ſani ſint & per aliquod temporis ſpatium, bono cibo, bonoque vino nutriti fuerint, urinam illam in vaſe depone, quod diligenter obturabis, cum verò per duos menſes in Fimo Equorum vel alio quodam modo putrefacta fuerit, tunc eam in *Arena* per Retortam diſtillabis, ſuaviter ac lentè *Spiritus* eliciendo, donec *Syrupi Species* in *fundo* remaneat, quod autem diſtillatum erit iterùm ſuperimpones, & denuò diſtillabis velut antea, donec fuerit condenſatum. Tunc impone ſimul *Spiritus* iſtos in magna phiala, quæ longum ac ſpatioſum collum habeat; appone deſupèr Capitellum, & ipſi Recipientem adjunge, quibus ſimul benè lutatis phialam in Vaſe cineribus pleno collocabis, & ignem leniter accendes, tunc aſcendet *Sal Volatile Mercuriale*, & coagulabitur in Collo ſicut & in *Capitello* & in *Recipiente* Dùm verò non ampliùs ſurſum ſublimabitur, tunc phialam eximes, &

Sa-

Salem totum colliges, quem iterùm in aliam phialam immittes, ipsi superaffundendo portionen quandam *Liquoris Salis Tartari* & *Spiritus Vini*, quæ quidem per aliquot tempus ita diriges ut calor sit moderatissimus, ne unum ante aliud elevetur. Cum autem hoc modo res tuæ diu subſtiterint, denuò Capitellum superappones, quod bene lutabis, & apposito Recipiente, æstiuum calorem moderatum excitabis: tunc in *Capitello* sublimabitur *Sal* formæ mirabilis, quod quidem non manebit coagulatum, velut aliud *Sal Volatile*; sed statim in quemdam Liquorem diluetur, cujus virtus mirum in modum est extraordinaira. *Medicamentum* istud multos præstantissimos effectus producit in morbis periculosissimis, & vel minima Dosis sufficiens est. Possumus pariter hoc eodem medio qnoddam *Sal Essentiale Vegetabilinm*, cuiuscunque generis sint, extrahere & illud ad unum-

quemque morbum aptum reddere, quod quidem tunc temporis multo majori pretio dignum erit. Hujusce præparationis quandam vobis formulam communicabo, juxta quam omnes alias investigare poteritis.

Rec: *Sp: Vin. Tartaris: unc ij.*
Ol. st. Vegitabil: Dr. j.

Dùm res iste simul succussantur, confestim invicem uniuntur. Impone illas in phiala, & ipsis adjice *Drach. j. Salis Urinæ Vinosi*, quæ simul cum igne lento Sublimabis, tunc sal quoddam exurget, quod in se virtutem *Essentialem Vegetabilium* continet, & ad gravissimos Morbos ac obstructiones Corporum, pretiosissimum, nobilissimum ac efficacissimum est *Medicamentum*, prout à multis doctissimis peritissimisque Scriptoribus sufficienter fuit demonstrantum.

Dosis est 2. 3. *ad* 5 *Grana*, cum idoneis Vehiculis.

Quamvis autem plura Medicamenta

ta fieri poſſint ex Humano Corpore, nulla tamen impræſentiarùm me cogit neceſſitas, ut quid amplius hac de re conſcribam: ſunt enim alii qui munus illud peregerunt. Quamobrem alias operationes præteribo, duabis iſtis inſiſtens, quibuscum omnes aliæ componi poſſunt.

Spiritus & Sal Volatile Oleoſum,
è *Dentibus Olyphantum.*

DEntes Olyphantis ſuppeditant *Europæ* Segmenta ſive Raſuram, *Ebur Uſtum* vel *Spodium ex Ebore*, ad uſum Medicinæ. Labores autem ac Examina per ignem in *Ceylonia* ſequenti modo direxi.

Recipe, Segmentorum partem ſufficientem, quam in Retortam vitream immittes, & hanc in fornace ventoſa depones, dum autem eidem Retortæ Recipientem adiunxeris & ambo bene lutaveris, diſtillandum eſt *per gra-*

dus, donec nil ampliùs educatur; tunc ignem extingui permittes, Recipientem aſſumes & quod in eo continetur in Retortam infundes, deinde Recipientem optimè lavabis cum *Spiritu Vini*, quem etiam affundes ſimul, & totum unà rectificabis. Hinc tibi ſupererit *Medicamentum* ſubtiliſſimum atque jucundiſſimum. Si verò tibi ſit cupido ſal quoddam ſiccum habendi, poteris illud per phialam ſublimare atque ad uſum ſervare. Medicamentum iſtud ſemper tibi maximum auxilium præbebit pro morbis ſequentibus.

In Syncope & Palpitatione Cordis.

Rec: *Sp. ex Ebore, gutt. x.*
Eſſ. Cinam gutt. iij.
Syr. Citri, dr. ij.
Aq. Cinam.
Roſar. an. unc. S.
M. pro una doſi.

Sn Catharro Suffocativo.

Rec: *Sal. Volat: Oleoſ. ex Ebore, gr. v.*

Tinct.

Tinct. Cinom. gutt. viij.
Syr. Fol. Cinnam. dr. ij.
Aq. Menth.
Foenic. an. unc. S.
M. pro una dosi.

In Suffocatione Matricis.

Rec: *Sp. ex Ebore, gutt. x.*
Syr. Fol. Cinnam. dr. ij.
Aq. Cinnam.
M*atricar. an. unc.* S.
M. *pro una dosi:*

In Obstructione Mensium.

Rec: *Sp. Eboris, gutt. x.*
Syr. Calaminth. dr. ij.
Aq. Matricar.
Cinnam. an. unc. S.
Ess. Cinnam. gutt. iij.
M. *pro una dosi.*

In Pleuritide, vel alii puncturis.

Rec: *Sp. Ebor. gutt. x.*
Succ. Cichor. unc j.
Portulac. unc. S.
M. *pro una dosi.*

Sal Volatile & Oleum, Ex Oſſibus Olyphantum.

IN Syluis *Ceyloniæ* tot hujus generis oſſa reperiuntur quot deſiderantur Eorum autem examina ſequenti modo ſuſcepi.

Recipe, magnum, rotundum & terreum Inſtrumentum, cuius collum ſit oblongum dùm autem exiguis iſtis Oſſibus adimpletum erit, depones illud in Fornace Ventoſa, & adjecto magno Recipiente, diſtillabis *per gradus* uſque ad ſummum, cum igne fortiſſimo, donec nil ampliùs prodeat. Cùm autem ignis ſpontè fuerit extinctus, eximes *Recipientem*, ubi magnam quantitatem habebis *Salis Volatilis* & *Olei*. Salem ad omnes occaſiones ubi tale medicamentum conveniens eſt, impendere poteris, quinetiam ex eo pretioſum *Salmiac* componere poteris

ris quod modo ſequenti peragendam eſt.

Sal Armoniacum Artificiale.

Recipe, Salem iſtum quem in Retortam injicies & ei tantùm Spiritus ſalis ſuperaffundes, quantùm requiretur, ut nullam amplius ebullitionem fieri percipias. Cùm autem humiditates extraxeris, albiſſimum pulcherrimumque *Salem Ammiac* in Fundo comperies, qui pulchrior adhuc evadet, cum ipſum ſublimari curaveris. Hoc eodem modo *Salmiac* ex omnibus *Animaliam Salibus* & ex *Spiritu Salis*, facile compoſitu eſt, imò & pro tanta quam cupiveris quantirate.

Oleum ex Oſſibus eſt præſtantiſſimum Linimentum quoad *Beriberi* Spaſmum, Paralyſim, Lethargiam, Torporem & alias nervorum infirmitates; ita ut loco plurimorum Oleorum ſupplere poſſit quæ nobis ex Euro-

ropa abſque neceſſitate tranſmittuntur. Dùm enim aſſumo decem libras Olei, ſemi libram Olei Camphoræ & uncias quatuor iſtius Olei; atque omnia cum foliis Cinnamomi decocta comprimo atque tranſcolo, tunc habeo tale pretioſum Oleum contra morbum Beriberi; quale poſſum deſiderare, & ita mihi cæteras licitum eſt unctiones dimittere.

Elephantis Oſſa Calcinata.

Recipe, Quæ ſuperſunt Oſſa: fac ut calcinentur, eò uſque tenera fiant & alba. Hæc ſunt plurimùm efficacia & eorum uſus multò plus præſtat quàm *Cornu Cervi uſtum.* Tunc enim magis ſunt Aſtringentia magiſque Glutinoſa: Vires eorum potentiſſimas in omnibus occaſionibus expertus ſum.

Spiritus Cornu Cervi.

S*Piritus* iſte, quem omnes eruditi Medicinæ Doctores in Europa notum habent, cum tanta quantitate fieri poteſt in *Ceylonia*, ut exhinc omnia loca totius Indiæ tantùm poſſint, quantùm indigent, recuperarare:quod jure pari mihi reſpectu multorum aliorum præſtantium Medicamentorum, dicendum eſt, quæ ex hoc Animali componi poſſunt. Nunc itaque, qualia ſemper præparari poſſint in *Ceylonia*, talia vobis etiam impertiar, ordinatim ſeu unum poſt alterum demonſtrando.

Recipe,*Cornuum Cervi* quantitatem ſufficientem jisque minutim conciſis ingens terreum Inſtrumentum adimplebis, quod in Fornace Ventoſa depones, ei Recipientem adjungendo, atque ſimul omnia benè lutando; ſic *per gradus* ad extremum

cum

cum igne fortiſſimo diſtillabis, donec nil amplius exoriatur: tunc ubi focus erit extinctus, Recipientem aſſumes, quod ineſt, in Retortam infundes atque cum *Spiritu Vini* Recipientem ablues & ablutionem in Retortam eandem injicies, quam in Vaſe Arena repleto cum Recipiente, quod benè lutabis, depones. Tunc leniter diſtillationem promovens, educetur *Spiritus* cum *Sale Volatili.* Dùm autem nil ampliùs ſubtile prodire percipies, extolle Recipientem, & ipſi Vitrum alterum præpone, & *Oleum* Subtiliſſimum extrahes quod ſolum ſervare poteris. In Fundo remanet *Oleum* ſpiſſum quod ad externum uſum ſervari poteſt.

Hic eſt igitur *Spiritus Cornu Cervi*, e quo ſi *Salem* quemdam habere deſideres oportet ut illum ſecundùm Artem ſublimari cures.

Hic Spiritus magnum ac laudabilem uſum habet in Medicina, prout ſequitur.

In

In Febribus Malignis, Petechialibus & Pestilentibus.

Rec: Sp: *Corn. Cerv. gutt. x.*
C. C. Philosoph. Præp.
C. C. Vsti, an Scr j.
Sulph. Phil. Præp. gr viij.
Aq. Zedoariæ, unc. ij.
M. F. Sudoriferum.

In Pleuritide, vel laterum Doloribus.

Rec: Sp: *C. C. gutt. x.*
Syr. Pectoral. dr. iij.
Succ. Cichore.
Aq. Scabios. *an. unc.* S.
M. F. Sudoriferum.

In Suffocatione Matricis.

Rec: Sp: C. C. *gutt. xv.*
Syr. Calaminth.
Arthemisia, an. dr. ij.
Aq. Matricar. *unc. j.*
M. *pro duabus dosibus.*

In Syncope & Palpitatione Cordis.

Rec: Sp: C. C. *gutt. x.*
Aq. Corn: *Cervi, unc j.*
Syr. Citri
Arantior an. dr. ij.

M. *pro*

M. *pro una dosi.*

In Variolis & Morbillis.

Rec: *Sp:* C. C. *gutt. x.*
C. C. *Usti.*
C C *Philos. Præparat. an. Scr.* S.
Sulp. Phil. præp. gr xij.
Terræ Sigilatæ Ceylonic. gr viij.
Aq Tenell. Cervi, unc j.
M. *F. Sudoriferum.*

Ex ſupermanentibus *Cervi Cornibus*, *Cornu Cervi Uſtum* præparatur, nec oportet curare ut ad nos tranſmittatur, quandoquidem generis ejuſdem plurimas libras ſingulis annis tranſmittere poſſumus.

Oleum ſubtile quod ſurſùm delatum eſt, applicari poteſt, tam internè quàm externè, pro nonnullis affectibus. Ex *Oleo* condenſato fac certum

Empl. Nervinum.

Rec: *Ceræ Citrinæ, lib. j.*

Ser-

Servi Cervin, lb S.
Ol. Corp. Cervi.
Sangui. Cerv.
Off. Cervi, an .unc. S.
M. *F. Empl.*

Cùm Emplaſtrum iſtud ad uſum conferes & ipſius efficaciam animadvertes, ſummoperè virtutem ejuſdem demiraberis, quam expertam habebis in *Diſlocationibus*, *Paralyſibus*, *Marcore membrorum* à vulneribus cauſato, *Podagra*, *Spaſmo*, *Convulſionibus*, & ſimilibus affectibus.

Aq. Tenellorum Cervi.

Rec: *Cornua Cervi Novella Sanguine ad huc repleta, in Fruſtula conciſa, q. ſ.*
Succ. *Citri*
Arantior an lb j.
Flor. Cinnam
Cardam. ſylveſtr. an. m. j.
Aq. Roſar.
V*ini Albi Gallici, an lb j.*

To-

Totum hoc ſimul in Retorta Vitrea impone; ei Capitellum ſuperaddendo atque illud in *Balneo Mariæ* adſiccitatem elice, illudque tanquàm Aquam Cardiacam pretioſiſſimam cuſtodi.

Aq. Cordis Cervi.

Rec: Cor *Cerv.* N°. 1.
Succ. Citri.
Arantior an lib. ij.
Cinnam unc ij.
Cardam. unc. S.
Cortic. Citri.
Arantior an. dr. iij.
Flor. Cinnam.
Herb. Roriſm.
Matricar an. m. S.
Aq. Roſar lb. j.
V*ini Albi Gallici, lb. iiij.*

Totum in *Balneo Mariæ* diſtilla uſque ad ſiccitatem & ad uſum ſerva.

Be-

Bezoardicum Corn. Cervi.

Rec: *Raſuræ* Corn. *Cerv.*
Corn. Cervi Philoſoph. præparat.
Corn. Cervi uſti & præp an unc. ij.
Sal. Volatil. C. C. *dr. j.*
Sulph. Philoſophicè præp. dr. ij.
Terr. ſigill. Ceylonic. unc. S.
Lapid Bezoar. or. dr. iij.
Fol. Auri, N°. 5.
Ol. ſtill. cinam gutt. x.
M. F. Pulvis.

Maximam ipſius Efficaciam percipies in malignis omnibus morbis. Doſis eſt drach. s. ad drach. j.

Spiritus Sanguinis Cervi.

Recipe, Sanguinem Cervi quem in Retortam injicies & extrahes *per Arenam* ipſius *ſal Volatile, Spiritus* & *Oleum*. Dum autem nil ampliùs eliciendum ſupereſt, detrahe Recipientem, effunde totum ſimul in Retortam, & dùm leniter ac ſua-

viter

viter rectificatum fuerit, ſervetur ad uſum. Hoc erit tibi Remedium non minori virtute dotatum quàm *Spiritus Cornu Cervi* reſpectu morborum eorundem pro quibus *Spiritum* illum tibi commendavi. Doſis eſt ſcrup. s. ad ſcrup. j. in convenientibus Vehiculis.

Oſſa Cervi non ſecùs ac *Olyphantum*, prout te docui, ſuppetitabunt tibi certum *ſal Volatile* & *Oleum* quæ tibi magnam virtutem demonſtrabunt in *Medicina* & in *Chirurgia*.

Spiritus Cornu Alces.

Recipe ſufficientem quantitatem *Cornuum Alces* quæ quidem nobis nuſquam deficiunt in *Ceylonia*, Terreum Inſtrumentum eisdem cornubus adimple, ſuper igne aperto illud appone, adapta ipſi Recipientem bene lutatum, & da ignem *per gradus*, tandem verò fortiſſimum, quod tibi

tibi faciendum eſt tamdiu donec nil ampliùs prodeat. Tùm ſines omnia refrigerari, Recipientem extolles, quod ineſt in Retortam infundes & Recipientem ablues cum ſpiritu *Roriſmarini* quem ſuperaddes, & totum in *Arena* rectificabis. Dùm *Phlegma* & *Oleum* incipiunt exire, ſiſte gradum, & extrahe ſpiritus & eos ſeparatim ſerva. Hoc erit adhuc tibi Medicamentum pretioſiſſimum quod in *Epilepſia*, *Apoplexia*, *ſpaſmo* & ſimilibus morbis maximam Virtutem tibi demonſtrabit. In Epilepſiâ ſequenti modo poteſt adhiperi.

Rec: *Sp:* C*orn. Alces*, *ſcr.* S.
Eſſ. Roriſm. *ſcr. j.*
Aq. Matricár. unc j.
M. F. Hauſtus.

In Apoplexia.

Rec: Sp: C*orn. Alcés*, *ſcr.* S.
Eſſ. S*uccini*, *gutt. viij.*
C*innam. gutt. iij.*

Ro-

Rorism. scr. j.
Aq. Menth. unc j.
M. *F. Haustus.*

Cornua Alces Calcinata & Præparata.

CORnua ista calcinantur & præparantur non secùs ac Olyphantum Ossa, prout suprà dictum fuit.

Spiritus Antiepilepticus ex Vngula Ales.

Recipe, certam quantitatem Vngularum, quas minutim dissecabis, iisque Retortam adimplebis, & exinde *Sal Volatile* & *Oleum* elicies. Quando distillationem peregeris, assume *Retortam*, & perge pari modo ac de *Cornubus* dictum est. *Vngulas* supermanentes calcinabis & servabis ad usum. Spiritus illius rectificati duas Uncias in Retortâ impones, & superaddes.

Rec:

Rec: *Nuc. Moſcat.*
Macis.
Cubebar.
Coriandr.
Cardamom.
Cardam. Sylveſt. an. unc. S.
Herb. Calaminth.
Roriſm.
Matric.
Baſilicon. an. M. *S.*
Sp: Vini, lb. j.

Hæc omnia ſine per aliquot dies unà macerari. Tunc diſtillato per *Alembicum in Arena.* Doſis eſt ſemidrachma, ſumiturque cum aptis aquoſis Liquoribus. Exquiſitiſſimum eſt Remedium in *Epilepſia* & *Apoplexia.*

Bezoardicum Cornu & Ungulæ Alces.

Rec: *Corn. Alces Philoſophic. præp.*
Corn. Alces Calcinat.
Ung. Alces Calcinat.

Ung. Alces Philos. Præp. an. unc. j.
Sal. Volat. Oleos. ex corn. &
ung. alc. dr. ij.
Fol. Lunæ, No. *x.*
Mag. Lunæ, dr. j.
Succini. dr. S.
Ol. st. Menth. gutt. xx.
Fol. Cinnam gutt. x.
Butyr. Perlar. dr. j.
M. *F. Pulvis.*

Bezoardicum iſtud auxilium ſuum in ſupradictis Affectibus potentiùs demonſtrabit. Doſis eſt ſemi drachma & ampliùs in convenientibus *Vehiculis.*

Spiritus Cornu Capri
Cervi Orientalis.

ANimalis hujus *Cornua* torſa, non ſecùs ac ea quæ fert *Unicornu* rectà ſurſùm eriguntur, in formam aculei deſinunt nec minores habent vires: hæc igitur raſpata vel minutim conciſa, & in Terreo Inſtrumento depoſita, præbent eodem modo *ſal* quoddam

cæ-

Volatile & *Oleum*, prout etiam efficiunt cæterorum Animalium Corpora. Quod quidem ubi rectificatum fuerit cum parùm per Spiritus Vini, exquisitum præbebit Spiritum qui tibi pro variis affectibus inservire potest, scilicet.

In magnis Lypothimiis, ¦Palpitationibus & Oppressionibus.

Rec: *Sp: Corn. Cap. Cerv. Or. scr. j.*
Lap. Bezoar. Or. dr. s.
Syr. Citri.
Cinnam. an. dr. ij.
Aq. Tenell. Cervi, unc. j.
M. *F. Haustus.*

In Febribus Malignis.

Rec: *Sp: Corn. Capr. Cerv. Or. scr. j.*
Theriac. Ceylonicæ, dr. j.
Lapid Bezoar. Or. dr. s.
Aq. Zedoar. unc. j. s.
M. *F. Sudoriferum.*

In Suffocatione & Obstructione Matricis.

Rec: *Sp: Corn. Capr. Cervi Or. scr. j.*
Syr. Cinnam dr. ij.
Aq. M*atricariæ unc. j.*
M. F. Haustus.

Poteſt etiam ex ejuſdem Beſtiæ ſanguine componi, ſicut ſuprà dictum eſt, Spiritus quidam qui celeriter auxilium ſuum præbebit in *Pleuritide*, atque ſimilibus Affectibus.

Ex Oſſibus hujusce beſtiæ paratur etiam certum quoddam *Oleum* & *Sal Volatile* quod eaſdem Virtutes habet, ac *Oleum* quod ex Oſſibus omnium Cervorum conficitur.

Spiritus Cornu Rhinocerotis.

HUjus Animalis Cornua (quæ ab Incolis & Portugalenſibus in *India* magno pretio habentur) à me, ſequenti modo, cum igne fuerunt examini ſubjecta. Conſtant abundanti portione Sulphureâ & plurimùm continent *Salis Volatilis*, quod ſequenti modo ſolet extrahi.

Recipe Cornu, quod in minutiſſima ſegmenta Tornator tornabit, Eoque Terreum Inſtrumentum adimplebis, id quod collocabis in

Ven-

Ventoſa fornace, adjunctoque Recipiente benè lutato *per gradus* ignem accendes, & ſub finem, vehementiſſimum. Hoc facto, igneque demortuo, Recipientem aſſumes, ejuſque contentum in Retortam vitream injicies, ſed & Recipientem optimè lavabis cum tribus vel quatuor Unciis Spiritus Vini quem ſimùl miſcebis. Tunc depones Retortam in Vaſe Arenâ pleno, & adjunges ipſi Recipientem benè lutatum. Tunc primò diſtillabis meliorem Spiritum, qui quidem cum ſubtiliſſima, ſulphurea & ſalinoſa portione conjunctus extrahitur, deinde cum obſervabis quod *Phlegma* & *Oleum* jam initium facient exeundi, debes ea colligere atque ſeparatim ſervare. Tunc iterùm vitrum appone & *Oleum* tamdiù extrahe, donec propter denſitatem ſuam nil ampliùs fluere queat: tunc temporis labori finem impone. Serva benè diſtillatum iſtud rubrum *Oleum* quod quidem,

pro morbis tùm externis tùm internis magnam virtutem continere comperies. Nam quoad internos si quis timet ne Sanguis suus propter periculosum occasum factus sit congelatus, assumendæ sunt ipsi guttulæ quædam istius Olei cum calida Cerevisia, vel Vino vel aliis convenientibus Liquoribus. Externè verò misceri potest cum Linimentis quæ usui sunt ad graves contusiones, costas ruptas, dislocationes, Contorsiones, & similia. Mirum in modum dolorem sedat & eundem sanat: Hoc etiam præstat illud *Oleum* quod subsidet, ex quo pretiosum *Emplastrum* fieri potest, quod decies majorem vim demonstrabit quam vulgare *Emplastrum Oxycroceum*, aut cæteræ res omnes quibus homines eundem in finem utuntur. *Spiritum* talem conservare poteris, vel exinde *Sal Volatile* sublimare juxta modum quem tibi pro quibusdam aliis declaravimus. Usus istius *Spiritus* talis est.

In Febribns Venenosis: Contagiosis Morsuris Serpentum vel aliarum Venenosarnm Bestiarum.

Rec: Sp: *Corn. Rhinocerotis, gutt. x.*
Essentiæ Bezoardic. gutt. xx.
Lapid. Bezoar. Or. scr. j.
Syr. Camphorati unc. S.
Aq. Zedoariæ, unc. ij.
M. F. Haustus.

In Affectibus Cordis.

Rec: *Spi C. Rhinoc. scr. j.*
Syr. *Citri.*
Avantior.
Aq. Tenellor. Cervi. unc. ij.
M. F. Haustus.

In Epilepsia.

Rec: *Sp: Corn. Rhinoc. scr. j.*
Ess. Rorism. dr. S.
Aq. Menth. unc. j.

In Apoplexia.

Rec: Sp: Corn. *Rhinoc. scr. j.*
Ess. Succini. gutt. ij.
Syr. *Perlar.*
Cinnam an. dr. ij.

Aq. Matricar. unc. j.
M. F. Hauſtus.

In Suffocatione Matricis & Hypochondriacis.

Rec: *Sp: C. Rhinoc. ſcr. j.*
Eſſent. Succin.
Roriſm. an. gutt. x.
Syr. Arthemiſ. unc. S.
Aq. Matricar. unc. j.
M. F. Hauſtus.

Bezoardicum Cornu Rhinocerotis.

Rec: *Raſ. Corn. Rhinoc. unc. ij.*
Corn. Rhinoc. calc. & præp. unc. j.
Terr. Sigillatæ Ceylonic. unc. S.
Cortic. Rad. Cinnam.
Cinnam. Sylveſtr. an. dr. ij.
Sal. Vol. Oleoſi Zerumbeth. dr. j.
Lapid. Bezoar. Orient. dr. ij.
Sal. Volat. Oleoſ. C. Rhinoc. dr. j.
Fol. Auri in Pulv. imp. cont. dr. j. s
Ol. Still. Cinnam. gutt. x.
M. F. Pulv.

Iſtud

Iſtud non minorem tibi Virtutem offeret quàm Spiritus, in Affectibus Supradictis. *Doſis eſt ſemid. ad drach. j.*

Sal Volatile & Fixum ex Viperis & Serpentibus.

INter illos varios colubros qui reperiuntur in *Ceylonia* habemus ſimul etiam *Viperas*, ut & alios magnos *Angues* qui dùm *Hippocrates* viveret, in magno pretio fuerunt apud omnes expertos Medicos. Quamobrem non oportet illos ſilentio prætereire, nam iidem, multis ac miris modis, preſtantes Medicinas nobis ſuppeditant.

Recipe Igitur partem unam Viperarum quæ ſupplebit defectui cuprearum illarum Capellarum vel aliorum magnorum Anguium, abjice caput, caudam ac viſcera, exceptis Hepate & Corde; cætera ſimul exſicca, proſcinde in minima frutula, quibus dein Retortam vitream

replebis, tunc eam depones in fornace ventosa, Recipientem ei præponendo.; exinde distillabis quidquid exire potuerit. Hoc facto vas tuum extrahes ac recipientem abluturn, evacuabis. Infunde totum liquorem in Phialam, cujus collum sit oblongum, tunc rectificabis eum, eoque modo *Sal Volatile* bellè sublimabitur, illudque deinde colligere poteris atque reservare. Nonnulli volentes ipsius fætorem eximere, tantùm affundunt *Spiritus Vitrioli*, donec non ampliùs ebulliat, & ipsius humiditates abstraxerint. Deinceps iterùm superaffundunt partem unam *Liquoris Spiritus Tartari*, & ità separant *Sal Volatile* quod tali modo fit purius & penetrantius. Dùm istud Sal ita coagulatum est cum *Spiritu Vitrioli*, & quodammodo ad fixitatem delatum est, fæliciffimè pro multis morbis impendi potest, quoad *Sudorifera*. Verumenimmerò certus modus *Sal Fixum* faciendi requirit Aquam

Aquam pluvialem quæ continet in se subtilem quemdam *Salem Nitrosum* quo sal superior per abstractionem aliquatenùs fixus fit. Qui Sal potest salubrioris usus esse quàm Sal Volatile, pro nonnullis affectibus. *Oleum*, quod provenit ex hac distillatione, pretiosissimum est, quoad *Chirurgiam*, dùm remediis illis immiscetur quæ sanandis vulneribus ac morsuris venenosorum Animalium inserviunt.

Hæc Salia virtutem præstantissimam continent in plurimis morbis malignis atque periculosis, si sumatur ex iis solummodò parva quædam Dosis; nam sudorem provocando, perniciosas materias expellunt, mirum in modum à Torminis earum optimè liberant, sanguinem purificant: firmiter adhærentes Humores incidunt & dissolvunt: præsertim verò vires suas demonstrant in *Arthritide.* Calculosas Materias per Urinas ejiciunt, vetustas viscerum obstructiones aperiunt, variasque fe-

bres exinde provenientes perſanant, omnibus putrefactionibus atque melancolicis humoribus obſiſtunt. Idem præſtat etiam hæc ſubſequens *Theriaca* & ipſum *Bezoardicum* quæ ſimul cum ſupradictis Remediis ſemper ad uſum habui parata. Hìc ego vos nonnullarum præſcriptionum participes efficiam ſecundùm quas vobis ipſis conſulere licebit.

In Febrib. Malignis, Ptechialibus, & Peſtilentialibus.

Rec: *Sal. Viperin. Volat. gr v.*
Sulph. Phil. Præp. gr. vj.
Theriac. Ceylonic. dr. j.
Sal V*olatil. Zerumbeth. gr. iij.*
Aq. Zedoariæ, unc. j. s.
M. *F. Hauſtus.*

In Febribus Intermittentibus.

Rec: *Sal. Volatil. Viperini, gr. v.*
Spin. Viperin. Calcinat. ſcr. j.
Sulph. Phil. Præp. ſcr. S.
Decoct. Hord. vel C*ichor unc. ij.*
M. F. Hauſtus.

Rec:

In Scabie & Lepra.

Rec: *Sal. Volat. Viperin. gr. iij.*
Spin. Viper. Calcin. ſcr. j.
Sulp. Phil. Præp. gr. vj.
Decoct. Lign. Ebeni unc. is.
M. F. Hauſtus.

In Arthritide.

Rec: *Sal. Volat. Viper. gr. vj.*
Spin. *Viperin. calcin. ſcr. j.*
Aq. Morungæ, unc. is.
M. *F. Hauſtus.*

ILlud autem Remedium multis aliis morbis inſervire poteſt, cum maxima utilitate.

Externè ſedat cruciatus Paraliticos atque Podagricos, ſi cum aqua Roſarum aut quadam aliqua re ſimili ſolvatur, & cum implicato linteo madido parti morboſæ ſuperponatur.

Inſuper præparantur à me Serpentes in *Ceylonia*, ita ut à putrefactione præſerventur. Qua de cauſa poſſunt ad exteros emitti, vel ad uſum ſervari.

vari. Quod quidem fit modo ſequenti. Poſtquàm emundati ſunt, ut antea dictum eſt, eos in fruſtula diſſeco, & per tres aut quatuor horas in moderatâ Muriâ colloco, tunc eos exſicco atque in cribro, quod obcludere poſſum, depono: poſtea ſubter eo parum ignis extendo, deſuper ſpargendo pulverem factum ex *Cortice Rad. Cinam. Cortic. Radic. Cinam. Sylveſt.* parumper *Myrrhæ* & *Lig. Aloès*, ſic eos lentè ſiccari ſino uſque dùm contundi & in pulverem redigi poſſint. Tunc ex hoc ſoleo componere certum quoddam.

Bezoardicum Viperinum.

Rec: *Pulv. Viperin. Præp. unc. ij.*
Spin. Viperin. Calcin. unc. S.
Terr. Sigillat. Ceylonic. *dr. j.*
Cortic. *Radic* Cinnam.
Cinnam *ſylv. an. dr. j.*
Sulph. Phil. Præp. dr. ij.
Sal. Vol. & Fixi Viper. an. dr. j:
Ol.

Ol. ſtill. Camph. gutt. xx.
M.F.Pulv.doſ.dr.s.ad.dr.j.

Theriaca Ceylonica.

Rec: *Mell. Deſpumat. lb. v.*
Pulv. Viperin. Præp. nuc. iiij.
Spin. Vip. Calc.
Terre Sigill. Ceylonic. an. unc. ij.
Rad. Zerumbeht
Zedoariæ.
Calam. Aromat. an. lb. S.
Cortic. *Rad. Cinnam.*
Cinnam. Sylv. an. unc. iiij.
Ariſtolochiæ Long.
Citri.
Arantior.
Fol: Cinnam an: unc: j.
Sal: Vol: Oleoſ: Zerumb: unc: S:
Vol: & Fixi Viperin: an: dr: ij:
Camphor ex Rad: Cinnam dr: j:
Sulp: Philoſ: Præp: unc: j:
Ol; Rad: Cinnam dr: iij:
M: F: Electuarium.

Quid

QUid fict nunc de vobis? O *Theriacæ Venditores*, qui per totum orbem vagamini? meliùs eſſet ut deceptoriam veſtram *Theriacam* à *Ceylonia* prohiberemus propter eam quam ibidem centiès meliorem componere poſſumus. Hæc eſt recta venenum expellens *Theriaca*, cujus *Scrupulus j*: tam magnum effectum producet quàm veſtræ *Libræ* integra. Non eſt Theriaca ſomnum inducens, ſed Spiritus ipſos exhilarans. Suo Tempore ſatis ſuperque manifeſta fiet, propter tot & tantas Virtutes quæ continentur in ea.

Tinctura Bezoardica.

Rec: *Pulv:Vip:cum hep:& Cord.unc:j:*
Sal Volat: & Fixi Vip: an: dr: j:
Lap: Porcin Ceylonic: dr: js:
Cort: Rad: Cinnam:
Cinnam: Sylv:

Ari-

Ariſtoloch: Long: an: dr: ij:
Rad: Zedoar.
Zerumbeht.
Calam Aromat.
Galang: Maj: an: dr: j:
Lign: Colubr: dr: iij:
Sp: Vini Camphorat: unc: viij:
Miſc:

HÆc omnia ſimul in magnam Phialam injice, quam benè lutatam, in Arena Calida collocabis, ut fiat extractio. Cùm autem hoc modo per octo dies conſtituta fuerit, tunc totum in Retortam effundes & *Spiritus* extrahes quos iterùm ſuperaffundes, & de novo *Tincturam* elicies tunc eam claram excipe, atque ad uſum ſerva.

Habes hìc prætereà *Medicamentum* exquiſitiſſimum quod *Theriacæ*, *Mithridato* plurimiſque aliis inutilibus Remediis anteferes, illa enim illa putrefactioni ſubjiciuntur, iſtud verò meliùs ultimâ quàm primâ die permanet.

net. *Dosis est semi Scrup. ad Scrup. j.*

Hircus.

INsuper volo vos participes facere duorum insignium Remediorum, ex *Hirco* fætente: *Helmontius* cujus altum Ingenium Scholas totius orbis Terrarum commovit in *Aurora* sua, ubi de *Duelech* scribit, ita loquitur. *Hircorum Urina si velut humana distilletur* plus præstat quàm enarrari potest contra Contemptores Artium: Quære, & gaudium reperies. In alio commendat *Sanguinem Hirci* tanquàm *Specificum* quoddam contra Pleuritidem. Hæc ambo Medicamenta per ignem ad Spiritus subtiles adduxi, prout sequitur.

Spiritus ex Urina Hirci.

Recipe, Sub ortum Auroræ, sufficientem portionem *Urinæ Hircorum*, nasum eis obturando, tunc an-

xii redduntur & urinam emittunt quia ſe quaſi ſuffocatos ſentiunt. Hanc Urinam poſtquam ut decet putrefacta fuerit per *Alembicum in Arena*, velut humanam Urinam diſtillabis. Iſtud eſt Remedium præſtantiſſimum pro *Calculo*; quoad autem periculoſas Ureterum ac Veſicæ obſtructiones, miraculoſas exhibet operationes. Hoc ipſo Remedio duabus vel tribus perſonis mirabiliter auxiliatus ſum quæ aquam per quinque vel ſex dies emittere nequibant, atque ſui compotes non erant, circiter tamen trium aut quatuor horarum ſpatium cujuſcunque perciculi fuerunt expertes. *Doſis eſt Scrup. j. ad drach. S.* in Cereviſia, vel in Aqua, vel in alio Liquore.

Spiritus Sanguinis Hicri.

QUid deſiccatus *Hirci Sanguis* ope-

opererur benè notum eſt. Ego verò *Spiritum* quemdam exinde prolicio, quo *Pleuritidem* omnium periculoſiſſimam, abſque venæſectione ſanare poſſum. Aſſumo portionem Sanguinis, aquam aufero, Reliquum per Retortam extractum, primò lentè, deinde vehementiùs, producit *Spiritum*, *Sal Volatile* & *Oleum*, quod tunc rectificatum per *Alembicum*, præbet pulcherrimum quemdam *Spiritum*, qui in hoc morbo mira præſtat, quando cum medio quodam commiſcetur, & cochleari juxta formulam ſequentem in uſum adhibetur.

Rec: *Sp: Sangu Hirc: dr: S:*
Succ: Cichor.
Portulac: an: unc: ij:
Syr: Scabioſ: unc: S:
M: F: Hauſt: pro: 3 aut: 4 Doſ:

Eandem efficit Operationem in Peripneumoniâ, curſus interrup-

ruptione Circulationis, in gravibus occaſibus, contuſionibns, vel Coſtarum Fracturis ubi datur ſuſpicio Sanguinis Coagulati.

Rec: *Sp*: *Sangu*: *Hirc*: *ſcr*: *j*:
Oc: *Canc*: *Præp*: *gr*: *xv*:
Succ: *Scabioſ*: *unc*: *S*:
M: *F*: *Sudorif*:

Quod juxta placitum veſtrum reïterare poteritis. Oleum *Linimenti* loco vobis inſervire poteſt.

Sylveſtres & Domeſtici Porci.

HÆc Animalia plurimas nobis Medicinas ſuppeditant, quarum cognitio ſat evidens eſt. Nunc verò mihi ſolùm animus eſt paucula deſcribendi, quæ lapides *Porcorum* attingunt (ſic enim vocantur a plurimis) Reperiuntur autem in *Porcis* Sylveſtribus *Inſulæ Ceylonicæ*. Non equi-

equidem Lapis eſt, ſed eſt ſimul compacta piloſaque Materia, bili Beſtiæ ſecundùm guſtum commixta, ſummamque amaritudinem obtinens. Res hæc frequentis nunc uſus eſt apud Incolas, ſicut & apud *Europæanos*, fælicemque ſucceſſum habet in multis gravibus ac ſubitis Accidentibus tanquam quoddam *Alexipharmacum*, *Alexiterium*, aut *Antidotum*. Præcipuè verò bonitatem ipſius expertus ſum in de Bort, ſive Colera in Variolis & ſubitis Febribus quas quædam venenoſa qualitas comitatur. Modus eo utendi nil aliud eſt quàm quod illud adjecta quadam humiditate ſuper lapide conterunt, ſed quia piloſitas eſt quodammodo faſtidioſa, eam ab cauſam ex eodem quandam Eſſentiam extraxi, cujus minima tantùm Doſis operationem ſuam valdè ſubtiliter & ſine morâ præſtat: & hoc modo paratur.

Eſſ-

Eſſentia Lapidis Porcini Ceylonici.

Recipe, Talem lapidem, quem in minima fruſtula diſſecatum in phialam projicies, eique tantùm boni *Spiritus Vini Tartarizati* ſuperaffundes ut ſub duorum digitorum ſpatio materia ſubmerſa jaceat. Vitrum benè lutabis atque per octo dies in calore depones ut fiat extractio. Sic Tincturam Lutei coloris habebis quam claram effundes eamque totam Aromaticam atque fortiſſimam olfacies. Habes hìc igitur omnes vires ſimul conjunctas, & hanc Medicinam vel ſolam vel ſub aliis præbere potes. *Doſis eſt gutt. iij. ad gutt. V.*

Scorpiones.

HUjus generis Reptilia miræ magnitudinis apud nos reperiuntur. Ex eis autem habemus *Oleum Scorpi-*

pionis Simplex, & poſſumus etiam *Oleum* componere non ſecùs ac illud quod *Oleum Matthioli* dicitur: quod fit modo ſequenti:

Rec: *Ol*: *Oliv*: *lib*: 5:
Herb: *Calaminth.*
Menth:
Nepetæ, an: *M*: j:
Verben.
Seſami.
Matricar.
Fol: *Cinamam.*
Iunc: *Odorat*: *an*: *m*: *S*:
Rad: *Iunci Odorat.*
Zedoar.
Gentian.
Ariſtoloch: *Long.*
Zerumbeht an: *unc. j.*
Cortic. Rad. Cinnam.
Cinnam Sylv: *an. dr. vj.*
Cinamomi unc. j.
Bacc. Cinnam. unc. j.
Cardam Sylvëſtr. dr. iij.

Her-

HErbæ Radiceſque minutìm incidi debent, & *Oleum* ex iis extrahi. Quam ob cauſam in loco calido, per octo vel quindecim dies collocari debent: poſteà ſuper igne lento decoquentur, comprimentur, & tranſcolabuntnr.

Tunc in hoc *Oleo* decem vel plures magni viventes adhuc Scorpiones ſunt imponendi, verùm ſucceſſivè, difficulter enim tot una vice recuperantur. Vitrum autem benè obturatum in Arena calida, vel in cineribus collocabis, & ibidem per aliquot tempus remanebit donec tandem venias ad Coctionem quæ per duas vel tres horas igne lento fieri debet: tunc Oleum exinde comprimes, & ipſum ſervabis.

Oleum iſtud non minùs efficax erit quàm quod Matthiolo tribuitur, imò tantam in eo virtutem experieris.

Millepedæ Judicæ.

IPſæ dant nobis *Oleum per Infuſionem*, quod non ſolùm inſervit contra puncturas earundem, ſed etiam Olei Scorpionum loco ſubſtitui poteſt.

Oleum Lumbricorum & Vulpinum poſſumus etiam componere, ſi qui ſint qui ipſis indigeant.

De Conchis ſeu Perlarum Teſtis, & de Unionibus ipſis.

COnchæ atque Uniones jure ſub Animalium Regiſtro comprehenduntur, licet ipſarum ſubſtantia notabilem portionem *Salium Mineralium* poſſideat, è quibus etiam ita coagulatæ fuerunt. Offerunt nobis *Matres Perlarum*, *Margaritas Præpar.* *Sal Perlarum*, *Magiſterium Perlarum*, quæ quidem quomo-

modo parentur abundè notum eſt. Quapropter nil aliud vobis hìc proponam quàm pulcherrimum *Butyrum Perlarum*, *Syrupum Perlarum* & *Pulverem Antifebrilem Perlatum*, quæ tria, non ſecùs ac alia præparata præſtantiſſimæ ſunt *Medicinæ Cordiales*, & ſequentibus modis componuntur.

Butyrum Perlarum.

ACcipe quantum ſufficit è noſtro diſtillato Aceto Ceylonico quod à me, pluris æſtimatur quàm Acetum vini, quippe quod nullas Fæces in Fundo ſicut *Acetum Vini*, licet talem vim, habeat: & funde ipſum ſupra margaritis ſubtiliter contuſis atque melioris notæ; da tempus ut ſolvantur: Dùm verò nil ampliùs ſolvendum ſupereſt, educito liquorem, eumque per chartam bibulam tranſcola, ſuperaffunde novum iterùm, & ſolve ſicut antea, donec

judices te ſufficientem ipſius quantitatem habere : deinde diſtillabis ipſum in *Balneo* donec fiat ſiccum, tunc deſuper affundes quemdam *Spiritum Vini* quem exinde diſtillabis, & eundem iterùm affundes, atque per vices aliquas cohobabis, ac tandem fiet ſicut Butyrum atque totam ſuam acrimoniam amittet. Hoc eſt igitur Butyrum Perlarum quod præſtantiſſimum eſt *Cardiacum*. Eſt & pretioſiſſimum Medicamentum contra Phtiſim, ſicut & contra *Febrim Hecticam* quæ comitatur Phtiſim. Quoad C*ephalalgiam* quæ provenit à calidis vaporibus, deiicit humores ad partes inferiores, & eſt inſigne Medicamentum ad fixionem & requietem Sanguinis & Spirituum Effervеſcentium. *Doſis eſt Scrup. j. ad Drach. S.*

Syrùpus Perlarùm.

Recipe Solutionem Perlarum ſecundùm modum eam conficiendi, quem

quem te docui lib. j. Tunc Accipe duas libras boni Syrupi ex albo Sacchro confecti. Fac totius commixtionem, impone illud in Retortâ, & exinde Diſtilla circiter tres unius Libræ partes humiditatis, tunc paratum eſt & habes certum quemdam, mirabilem *Syrupum* Cordialem qui multis ipſius Cordis infirmitatibus, mirum in modum opitulatur.

Simul etiam in iſtis calidis Regionibus *Pulverem* quemdam *Antifebriticum Perlatum* ad praxim adhibui, qui tam in *Febribus* continuis quàm in Intermittentibus mirabiles effectus ſemper produxit, & talis eſt ut ſequitur.

Pulvis Antifebriticus Perlatus.

Rec: M*atr. Perlar. Præp. lib. S.*
Corn. C. Uſti, & Præp. unc. iiij.
C. C. *Phil. Præp. unc. j.*
Nitr. Vitriolat. dr. vj.
Sulph. Phil. P*ræp. unc. j.*

Misc. fiat Pulvis. Dosis dr. S. ad. dr. j.

OBservate quàm exquisita quàmque pretiosa *Medicamenta* nobis offerantur circa littus nostrum *Ceylonicum*: permutamus plumas pro Frumento nostro, & de industriâ Dona Dei pedibus conculcamus. Hujusmodi Medicamenta nonnisi caro pretio comparantur, in his autem locis pro minimo, quin & ferè nullo pretio recuperari possunt. Nunquid pertinacium hominum est, ita veritatem impugnare?

Hæc sunt igitur ea *Medicamenta* quæ vobis ex *Animalium* Regno communicare decrevi: si verò quodam estis amore capti tàm pro Veritate quàm pro Vestrorum ægrotorum Utilitate, non dubito quin ista jucundiora vobis appareant quàm Herbarum corruptarum siccarum atque mucidarum nescio qualis farrago. Certè semper plùs juvat cibos sume-

re.

re recentes & benè paratos qnàm eos qui ſunt veteres & malè conditi. Cibis igitur quos apud nos habemus præſtat aſſuefacere corpora noſtra, potiùs quàm velut famelici cæteris extraneis inhiare. Si quis verò Viam Regiam introiverit, non dubito quin multùm jucunditatis in ea ſit reperturus.

Interim ut inſtitutum meum proſequar, Terræ *Ceylonicæ* nonnullas arbores, quoſdamqué fructus attingam, & quid exinde colligi poſſit videbo, dùm eodem tempore meliorem ditioremque Medicinalem noſtram officinam erigere conabor. Primum autem examen ab Arbore *Cinnamomi* faciemus.

De Arbore Cinnamomi.

ARbor *Cinnamomi*, quæ Rex omnium Arborum juremerito vocari poteſt, Corticem habet quæ per

totum Orbem cibi vicem præbet: eſt autem hæc ejus minima qualitas; tot enim, totque variæ res ex ea procedunt, ut juſta ſit occaſio demirandi quî fit ut hæc Arbor omnigenas Medicinas nobis exhibeat. Quælibet enim pars ſuam profert, & talis eſt omnium inter eas differentia, ut qui earum ignarus fuerit, juramentum præſtare facilè velit, eas ſcilicet ex unica Arbore provenire non poſſe. Nos igitur ab Arboris cacumine principium ineuntes, finem ad Radicem uſque deducemus.

Flores Cinnamomi.

FLores iſti ſunt paruuli, ſtellati, in fundo & in medio parùm per lutei, odore jucundi, atque cum Tilii floribus *Europæis* convenientes, tantillùm pingues ſentiuntur dùm pertrectanctur aut conteruntur. Moderatæ ſunt Temperaturæ; calidæ ſcilicet ad gradum tertium, & quamvis

vis crudæ, nihilominùs adhiberi possunt ad *Clysteres*, *Fomentationes* & *Cataplasmata*: sunt enim mediocriter *Calefacientes*, *resoluentes* & dissipantes. Per distillationes & præparationes exhibent nobis.

Aq. Fl. Cinnam.
Ol. fl. Cinamom.
Spiritus Fl. Cinamom.
Conf. Fl. Cinnam.

A*Qua* & *Oleum* per *Vesicam* excipiuntur: Subtilis *Aqua*, in *Balneo Mariæ*. *Spiritus* per *Fermentationes* vel Affusiones continuas Aquarum primarum super Flores recentes donec sat fortis evadat. Res istæ propter virtutem Balsamicam capitis & Stomachi Morbos curant & *Vehiculi* loco sumuntur.

Conserva Florum Cinnamomi.

COnficitur non secùs ac *Conser-*

næ Florum aliorum. Tunc autem excellentissimum est Medicamentum ad ægritudines supra designatas. *Dosis est a b. j. ad. ij. Drach.*

Oleum Coctum Florum Cinnamomi.

IUxta methodum vulgarem pulcherrimum Oleum è Floribus Cinnamomi cum Olivarum Oleo potest adhuc extrahi, quod commodissimum erit in variis Accidentibus, tàm in *Medicina* quàm in *Chirurgiâ* pro Clysteribus, Cataplasmatibus & Linimentis: & est temperatè calefaciens, emolliens, resoluens, & corroborans.

Folia Cinnamomi.

HUjus Arboris Folia nihil ferè quoad figuram à foliis Laurinis differunt, mediocris sunt crassitudinis, at-

atque pinguedinis: calidæ ſunt uſque ad quartum gradum, frequentiſſimè ſunt in uſu in Medicinâ & in Chirurgiâ, reſpectu Medicinæ præſcribuntur commodè ſicut & quævis alia *Aromata*. Qualitatem habent Calefaciendi, incidendi, diſſipandi, & reſolvendi: quam ob cauſam effectus maximos in omnibus Flatuoſis morbis producunt. Ego ipſe Pulverem exindè compoſui pro talibus morbis qui reſpectu *Colicæ Paſſionis*. *Tympanitidis*, & etiam inter *Purgantia* commixtus mirabiliter ea corrigit & emendat adeò ut abſque Torminibus vires ſuas explicet. Vobis eodem tempore deſcriptionem illam demonſtro.

Pulvis Carminativus,

℞ec: *Pulv. Fol. Cinnam. lb. j.*
Sach. Alb. unc. viij.
Ol. ſt. Fol. Cinnam. dr. iij.
M. F. Pulv. Subtiliſſ.

PRæter uſum Medicinalem iſtorum *Foliorum*, habent etiam varios frequentes, & aptiſſimos uſus in Chirurgiâ pro Thermis, Cataplaſmatibus, Vnguentis, Clyſteribus, & ſic deinceps. Hinc etiam quîlibet vir eruditus atque peritus, Terra Marique patientes ſuos optimè juvare poteſt, ſi foliorum iſtorum uſum, apprimè noverit.

Aq. Fol. Cinnam.
Ol. ſt. Fol. Cinnam.

NObis etiam exhibent *per Diſtillationem* præpollens Oleum, ab Oleo Cinamomi toto cælo diſcrepans, tàm in ſapore quàm in odore: Quin & Oleum Caryophilli cuicunque potius videretur, quàm quidlibet aliud, propter integram quam habent uniformitatem. Calidum eſt & penetrans atque pro morbis omnibus,

bus, ad quos Oleum *Caryophilli*, commendatur, iſtud etian impendi poteſt. Mirabiliter etiam purgantia corrigit dùm aliquæ tantùm guttulæ cum ipſis commiſcentur. Aqua ipſa ſimiles vires poſſidet, ſi ſumatur in magna Doſi.

Syrupus Foliorum Cinnamomi.

Syrupus Foliorum Cinnamomi ſequenti modo componitur:

Recipe Recentia Folia, eaque minutim conciſa deponantur in Retorta & tunc ſuperaffunde propriam aquam *Cinnamomi* diſtillatam. Colloca eas tunc in loco calido, donec optimè ſed lentè facta fuerit exttactio, effunde totum: deinde Solve bonum ſaccarum album in *Aqua Foliorum* Cinnamomi, & id ſimul ad *Conſiſtentiam Syrupi* decoque. Poſtea dejice priorem Extractionem in Retortam nitidam cum iſto Syrupo & humiditatem ſuaviter per *Balneum* Ma-

Mariæ diſtilla, & ad uſum ſerva.

Syrupus iſte præſtantiſſimum eſt *Correctorium* Vomitivorum & Purgantium, calefacit & confortat Stomachum & Viſcera, bonum eſt contra Colicam & contra morbos quorum maxima pars è *Frigidis*, *Pituitoſis*, atque *Phlegmaticis Humoribus* originem ſuam deducunt.

Oleum Coctum Foliorum Cinnamomi.

EXtrahitur per decoctionem Foliorum cum Oleo vulgari. Eſt autem calefaciens, anodynum, & reſolvens. Aptiſſimum eſt ad uſus *Chirurgicos*, velut ad *Linimenta*, *Cataplaſmata* & *Clyſteres*. Item in Colica, Ventris Torminibus, Tympanitide, & in aliis ventoſis atque Aquoſis Tumoribus.

Fru-

Fructus Cinnamomi.

EJusmodi Fructus sunt æquè ac *Laurini* : cùm ad maturitatem pervenerunt cæruleum colorem habent, aliâs viridem. Sunt etiam interna cortice circumcincti veluti *Baccæ Lauri* & finduntur pariter eodem modo. Calidi sunt usque ad tertium gradum quem non facilè possunt attingere. Maximus est eorum Usus in *Medicina* & in *Chirurgia* in Thermis, Cataplasmatibus, Emplastris, Vnguentis, Clysteribus, & sic de cæteris.

Dùm distillantur, exhibent nobis *Oleum* & *Aquam*, & in Fundo certam viridem & densam pinguedinem quæ sæpissimè convenit in Chirurgia. E Fructibus extrahere potes quæ sequuntur.

Aq. st. Bacc. Cinnam.
Ol. st. Bacc. Cinnam.

Sp.

Sp. Bacc. Cinnam.
Eſſ. Bacc. Cinnam.
Ol. Coct. Bacc. Cinnam.

QUando juxta Methodum ordinariam, ſufficientem fructuum quantitatem aſſumis, eoſque primò groſſo modo contuſos in Cacabum injicis, Aquam largiter ſuperaddis & diſtillare pergis, tunc *Oleum* & *Aqua* prodeunt quæ vel minimùm differunt à Sapore Juniperi, & jiſdem Affectibus inſerviunt atque producunt eaſdem operationes propter quas Oleum Juniperi commendatur. Si quædam paruulæ guttæ cum Aquâ bibendæ præbeantur, valdè ſuaviter Urinam expulſant & Materiam Mucilaginoſam educunt quæ procreat Uretherum Obſtructiones.

Spiritus extrahitur ſicut ex aliis *Vegetabilibus*, unde etiam è Fructibus Eſſentiam extrahis quæ tibi præbet optimum *Diureticum* in *Calculo*

Go-

Gonorræa & aliis Affectibus. *Dosis est Semiscrup. ad Scrup. j.* cum Aquis convenientibus desumendus.

Oleum excoctum habebis *per se* post distillationem quando frigefactum est, ipsumque reperies in *Fundo*, sed nonnunquàm adeò durum est ac *Cera*, & ad eosdem usus usurpari potest, quoniam eandem possidet Temperaturam.

Ad Oleum vel Ceram istam eliciendam (quæ quidem propter suam friabilitatem magis cum Sævo convenit) plurimùm refert quo modo fiat ipsius præparatio sive decoctio: dùm enim fructus ad huc virides sunt, nec perfectè maturi, atque lentè coquuntur, Oleum quoddam viride atque læve ex iis exprimitur quod idem ferè est ac densum *Oleum Lauri*. At verò si perfectam maturitatem adepti fuerint, tunc totam suam viriditatem amiserunt atque humiditas ista magis in seipsâ à condensatur, & per decoctionem veram Ceram nobis præbent,

bent, quæ licet parumper viridis atque lutea videatur, nihilominùs citiſſimè redditur alba. Quod ſi Oleum ſimplex habere deſideras, id ipſum extrahere potes ex fructibus immaturis, iis Oleum Olivarum adjiciendo. Cùm autem unà cum altero *per ſe* factum erit, ad varios Uſus Chirurgicos illud adhibere poteris: adeò ut ego ipſe maximam partem communium decoctorum Oleorum quæ nobis ex *Europa* umittuntur, libenter negligere velim, & iſto ſolo res omnes efficere quæ cætera poſſunt præſtare. Noveris igitur me varia ex his Emplaſtra atque Unguenta componere ſolitum eſſe, quæ multorum aliorum uſum contemptibilem reddunt: hæc autem mea tibi nunc manifeſtabo.

Empl. Diaſulp. Camphorat.

Rec: *Ceræ ex Bacc. Cinnam. lb.* S.
Balſam Sulph.*Camphorat.unc.ij*
Ce-

Ceræ Citrinæ *q. S.*
M. *F. S. a. Empl.*

Jſtud *Emplaſtrum* maximam Efficaciam tibi demonſtrabit quoad tenaces, Viſcoſos ac œdematoſos Juncturarum tumores, vel alios ejuſdem generis.

Empl. Cephalicum.

Rec: *Bacc. Cinnam.*
Fol. Cinnam. an. lb. S.
Gum. Elemn. unc. ij.
Ol. ſt. Bacc. Cinnam. dr. j.
Ol. Coct. Bacc. Cinnam. lb. S.
Ceræ Citrinæ, q. S.
M. *F. Empl.*

Jſtud virtutem laude dignam continet, reſpectu Caſuum atque Contuſionnum capitis quæ magnum minantur periculum

Empl. Stomachicum.

Rec: *Bacc. Binnam.* *Fol.*

Fol. Cinnam.
Menth. an. lb. S.
Rad. Calam. Aromat. unc. j.
Ol. ſt. Fol Cinnam. dr. ij.
Bacc. Cinnam. dr. j.
Ceræ ex Bacc. Cinnam. lb. S.
Citrinæ q. S.
M. F. Empl.

Iſtud Magnas vires poſſidet quoad Tormina ventris, Colicam, Hydropem Tympanitidem & Vomitum.

Empl. Nervinum.

Rec: *Fol. Cinnam. lb. j.*
Ol. ſt. Fol. Cinnam. dr. ij.
Rad. Cinnam.
Oſſis Elephant.
Ol. Coct. Bacc. Cinnam. lb. S.
Ceræ Citrinæ, q. S.
M. F. Empl.

Iſtud ſummoperè potens eſt ad ſanandas contuſiones, Diſlocationes Con-

Contorſiones, Paralyſes & dolores a frigore provenientes.

Empl. Album Frigidum.

Rec: *Ceruſſ. lb. S.*
Sal. Saturn. unc. j.
Ceræ ex Bacc. Cinnam. lb. j.
Citrinæ, lb. j.
Ol. Nymphææ.
Ranar. an. q. S.

Iſtud non ſuo deerit officio in Phlegmone, Eryſipelate, Calidis ulcerationibns & Inflammationibus circa Ulcera.

Unguent Nervinum.

Rec: *Ol. ſt. Fol. Cinnam. unc. iij.*
Rad. Cinnam. unc. iiij.
Oſſ. Elephant.
Corn. Cerv. an. dr. iij.
Ol. Coct. Bacc. Cinnam. unc. iij.
Ceræ ex Bacc. Cinnam. lb. ij.
M. *F. Ungu.*

Iſtud

Jſtud reſpectu paralyſeos, pòdagræ; aut Connulſoriarum tenſionum atque Cæterarum nervorum infirmitatum plùs auxilii unica die quàm quævis alia vulgaria per unius ſeptimanæ, uniuſque Menſis integrum decurſum, præſtabit.

Ungv. Hepaticnm.

Rec: *Ol. ſt. Bacc. Cinnam. dr. ij.*
Rad. Cinnam. unc. iij.
Sterc. Vaccin. &
Caprilli. an. unc. ij.
Ol. Coct. Fol. Cinnam. unc. iiij.
Ceræ ex Bacc. Cinnam. lb. j.
M. *F. Ungv.*

Jſtud maximum ac incredibilem Effectum exhibebit ad dolores ac Tumores Hepatis abigendos.

Unguentum Spleneticum.

Rec: *Succ. Fol. Tabac. unc. vj.*
Sachar. Saturn.

Ol.

Ol. Fœtid. Lign. Cannam. an. unc. j.
Bacc. Cinnam. unc. ij.
Axung. Porci. unc. iiij.
Ceræ ex Bacc. Cinnam. lb. j.
M. *F. S. A. Ungv.*

Jſtud duritiebus ac Obſtructionibus Lienis efficaciſſimè medebitur.

Ungv. Carminativ.

Rec: *Ol. Coct. ex Bacc. Cinnan.*
Fol. Cinnam. an. unc. vj.
Ol. ſt. Fol. Cinnam.
Rad. Cinnam. an. unc. S.
Bacc. Cinnam. dr. ij.
Ceræ ex Bacc. Cinnam. lb. j.
M. *F. Unguentum.*

Jſtud Viribus Magnis præditum eſt ad Curationem Coliçæ, Torminum, inflationum, ac ventris ingentum Cruciatuum.

Volumus nunc ulteriùs progredi & diſquirere res quæ nobis ab Arboris

iſtius

ſtius Corticibus offeruntur: ſunt autem iſta:

Aq. Cinnamom.
Ol. Cinnamom.
Tinct. Cinnam.
Eſſent Cinnamom.
Sal. cinnamon.
Spir. *cinnamom.*
Sp. Fulig. ex Ligno cinam.
Syr. cinamom.
Balſam. cinnamom.

Verumenimverò, quandoquidem ſatis ſuperque notum eſt, quomodo fieri debeant *Aqua*, *Oleum* & Vulgaris *Tinctura Cinnamomi*, nulla datur neceſſitas ea hoc in loco demonſtrandi: Alias itaque Præparationes ſuſcipiemus, veluti:

Eſſentia Cinnamomi.

Primò talis tibi componendus eſt *Spiritus Cinnamomi* qualis ſequitur: Spiritus Vini Cinnamomi recti-

rectificatus per aliquot vices. Tunc accipe Liquorem Salis Cinnamomi cui affundes Spiritum illum. Et tunc distillationem facies, multoties cohobando. Accipè deinceps istius *Spiritus* Libram j. Cinnamomi Unciam j. exagita totum simùl, & fiet eorum jucundissima Conjunctio. Tùm adjicies huic Essentiæ Unciam unam Cinnamomi subtiliter pulverizati, & facta Extractione, Tincturam Regiam atque Mirabilem recuperabis, quæ in se ipsa Virtutes omnes Cinnamomi continet: eam igitur claram effundes & ad usum servabis.

ESsentia ista verissimum est *Balsamum Vitæ*, & optimè medetur morbis Capitis, Stomachi & Matricis, Menstruorum obstructiones aperit & præstantissimos producit effectus in Partubus difficilibus, in Colica, & etiam in ea que exinde provenit

Paralyſi, *Spiritus Vitales* corroboratur, cor ipſum confortatur, atque reſpectu morborum qui vel à frigidis vel à Phlegmaticis Humoribus originem ſuam deducunt, multò plus efficit quàm viginti aliæ decoctiones Herbarum quæ ſæpiſſimè nullius ſunt utilitatis. Hujus autem Eſſentiæ vel minima *Doſis* ſufficit, ſcilicet *a* 3 *ad*. 5 *vel ad*. 10 *guttas*.

Sal Cinnamomi.

Optìma *Sal Cinnamomi* præparandi ratio, talis eſt: Accipe Cinnamomum quod eò uſque calcinabis donec in cineres redactum fuerit: hoc autem in Inſtrumentum injicies, quod obturabis & ei Recipientem appones. Tunc provenit exinde Humiditas vel Spiritus qui acidulus eſt & ubi rectificatus fuerit, vires acquiſivit ſudorem ac urinan promovendi. Extrahe igitur illo cineres & niſi ſufficienter calcinia fue

fuerint, eos meliùs adhuc ſupra ferreâ laminâ calcinare poteris, donec albi fiant, tunc verò cùm *Aqua Diſtillata Lixivium* facere quod evaporare ſines, & ubi ſiccum erit in crucibulo calcinabitur: cavendum autem ne fiat fuſio. Poſteà ſolves denuò, filtrabis & coagulabis: tunc illud in loco frigido veluti Cryſtalla ſeparari ſines, quæ colliges & ad uſum ſervabis. Poteris adhuc ex eodem Cinnamomo ex quo Aqua diſtillata fuit, Sal conficere, ſed non eſt æquè bonum ac ſuprà deſcriptum.

Spiritus Fuliginis ex Ligno Cinnamomi.

Recipe Partem quandam hujusce Ligni minutim conciſi, & eodem terreum Inſtrumentum adimple, depone illud in Igne aperto, ſuo Recipiente munitum, atque humiditatem quam etiam Oleum quoddam comitatur, diſtilla: hoc peracto, extrahe rem tuam, ea m in Retortam

ferream injice, ipſi ſuperaddendo parumper *Spiritus Cinnamomi*: & diſtilla *Spiritum* in *Arena*. Spiritus iſte penetrantiſſimus eſt, ſudores optimè movet, aperit & incidit, atque maximo cùm fructu impendi poteſt. *Doſis eſt Semiſcrupul. Scrup. j. ad Semidrach.*

Syrupus Cinnamomi.

Recipe, Libram j. *Cinnamomi*: adde ipſi fortem *Aquam Cinnamomi*: obclude totum in loco calido, donec Tinctura fuerit extracta & iterùm illud, ſupra novo Cinnamomo affunde, quod quidem tandiù reiterabis donec ſat fortis evaſerit. Confice tunc optimum purum Syrupum ex albi ſaccari Libris iiij: totum iſtud immiſce, in Retortam injice atque lentè in *Balneo Mariæ* Aquoſam Humiditatem diſtilla, uſque ad convenientem Conſiſtentiam, tunc id ipſum ſerva pro multis variiſque affectibus in *Medicina*. *Bal-*

Balsamum Cinnamomi.

FIt in Europa Balsamum ad usus externos quod satis cognitum est: Verum hìc in Ceylonia Balsamum quoddam compono quod absque ulla alterius pinguedinis additione, mirificè pulchrum est; continens in se ipso vires omnes *Cinnamomi*, viride est, & fusile sicut Butyrum, & tàm internè quàm externè excellentissimos effectus producit *à Semiscrup. ad Scrup. j.* atque vel solus vel cum rebus aliis assumitur. Libenter ipsius præparationem vobis hìc manifestarem: verùm quoniam res est maximi momenti pro *Nobili Societate*, cui sine dubio maximam jacturam afferret statim atque nota fieret, eandem evidenter in hoc libro describere nolui.

Radix Cinnamomi.

RAdix iſtius Arboris nobis adhuc pervarias Medicinas offert quarum vires longè extenduntur. Cortex prout in ſe eſt excellentiſſimum *Alexipharmacum* atque *Sudoriferum* ſuppeditat in Morbis Venenoſis atque Malignis. *Doſis eſt à Semidrach. ad Drach. j.* Per *Diſtillationem* & *Præparationem* exhibet.

Aq. Camph.
Ol. Camph.
Camph. ex Radice Cinnam.
Syr. Camphorat.
Sp. Vini Camphorat.
Balſ. Sulph. Camphorat:
Tinct. Sulph. Camphorat.
Extract. Rad. Cinnamom.

Præparatio.

Recipe Corticum quantitatem ſufficientem, iis cacabum adimplebis cui

cui tantùm Aquæ ſuperaffundes quantùm neceſſitas poſtulabit. Tunc diſtillationem inſtitues, atque Aqua ſimul cum Camphora egredietur. Camphora ſeſe coagulabit in loco frigido & eandem ſeparatim extrahere poteris, imò eam ſecundum occaſionem ſubtilizare, quod certo modo, à vulgari magnoperè diſcrepantem, peragitur. Hæc ergo *Aqua* exquiſitum eſt vehiculum in illis morbis quibus Maligna qualitas ineſt. Uſus ipſius externus optimè convenit in *Chirurgiâ* dùm eo Lintea madida facta Tumoribus omnibus œdematoſis & aquoſis applicantur, Camphora quæ hinc provenit tantæ virtutis eſt, ut omnes alias Camphoras non ignotas, reſpectu ſubtilitatis Volatilitatis & penetrationis antecellat. Conſiſtit in quodam *Sulphure Narcotico*, & *Sale Spirituali*, vel *Sale Volatili Oleoſo*, vel *Alkali Volatili Oleoſo* quod Calefaciens atque penetrans eſt, ſudoremque & Uri-

nam expellit & eandem corrigit, partim dividendo dissipando & emendando, pàrtim Vapores præcipitando & obstructiones aperiendo. Remedium istud vel Solum assumi potest, vel cum aliis mediis commixtum. *Dosis non major est quàm j. 2. 3. usque ad* 5 *grana* pro singulis vicibus.

Parem virtutem sed penetrantiorem atque subtiliorem obtinet Remedium subsequens.

Spiritus Vini Camphoratus.

Rec: *Ol. Camph. ex Radic. Cinnam. distillat. unc. iiij.*
Sp. Vini lib. j.

IMpone ea in Retorta, & aliquot vices, illud per *Alembicum* cohoba, tunc paratum est. *Dosis est gr.* 5 *ad Semiscrup. Oleum* istud eandem ut dictum est, ac *Camphora* virtutem habet. Externè applicatum, magnas

nas suas vires explicat in omnibus frigidis, viscosis, atque œdematosis Tumoribus, eosdem disipat, calefacit, incidit & resolvit, Materiamque disponit ad Rarefactionem vel Evaporationem, & partes debiles corroboratur.

Syrupus Camphoratus.

ISTum eodem modo conficere debes ac *Syrupum Cinnamomi* qui nonnullas *Camphoræ* partes habet, sed non adeò potentes. Multùm inservire potest Chirurgiæ nec minimi usus est in Venenosis Vulneribus.

Balsamum Sulphuris Camphoratum.

MOdus ipsum componendi talis est: Sumendæ tibi sunt Unciæ nonnullæ *Florum Sulphuris* quas in phia-

lam immittes, & *Oleum* Camphoræ ſuper injicies, quæ cùm cocta fuerint, breviter ſurſùm emittent Flores Sulphuris, dùm autem phiala frigefacta fuerit, effunde clarum quod ineſt & ad uſum ſerva, poſſidet enim virtutem duplicem in Morbis Venenoſis. *Doſis eſt gutt. iii. ad v.*

Tinctura Sulphuris Camphorati.

Recipe, Iſtius Balſami Unciam j. in phialam injice, cui ſuperaddes *Spiritus Vini Camphorati* Uncias iiij. Colloca rem tuam in loco calido poſtquam rectè fuerit obcluſa, tunc *Spiritus* Tincturam valdè rubram extrahet, quam ſeparabis & ad uſum ſervabis. Excellentiſſimum etiam Remedium eſt pro morbis ac Vulneribus Venenoſis. *Doſis eſt gutt ij. ad iiij.*

Extractum Radicis Cinnamomi.

Recipe, Quando peracta eſt diſtillatic

latio; remanet in fundo cacabi Liquor rubicundus qui pariter validissimus est, & evaporatus donec Extractum fiat, miras suas vires demonstrat in Fluxu Ventris, & similibus Affectibus.

Ego exinde compono quoddam *Electuarium* quod vice agniti *Diascordii*, in usum adhibui ipsumque multò fortiorem in *istis* Orientalibus Regionibus reperi.

Diascordium Spagiricum.

Rec: *C. C. Spagyr. præp.*
C. C. Ust. & præp.
Oss. Elephant. calcinat. & præp.
Gum. ex Arb. Bolang. an. unc. ij.
Terr. Sigillat. Ceylonic. unc. j. S.
Croc. Martis.
Fol. Cinnamom. an. un. j.
Cinnamom. Acut.
Cortic. Ràd. Cinnam. an. unc. ij s.
Opij. Spagyr. præp. dr. ij.
Ol. st. Fol. Marmelle.

Bolang. an. dr. S.
Extr. Rad. Cinnam. lb. ij.
Syr. Cydcn. Bengalenſ. lib. ij. S.
M. F. S. a. Electuarium.
Doſis ipſius eſt Drach. j. ad Drach. ij.

QUando Lignum iſtud per aliquo temporis ſpatium jacuit & Cortex ab eo abſcinditur contrahit odorem *Saſſafras*, neque contemnendus eſt ipſius uſus ad omnigenas Concoctiones: poteſt etiam ex eo ſicut ex Ligno Cinnamomi, Spiritus quidam confici qui Sanguinem purificat, aperit & ſudorem movet. Talia ſunt quæ ex arbore Cinnamomi comparantur.

Arbor. Cinnamomi Sylveſtris.
Quæ Canell de Mâtte a Portugalis nomen habet, & a Cingalis *Walkurundu.*

RAdix ipſius Corticem præbet
quæ

quæ præſtantiſſimum eſt *Alexipharmacum*. Attenuans eſt, diſcutiens, putrefactioni reſiſtens, fermentum Febrile præcipitans, & virtutem Sudorificam poſſidet.

Cortex ejus præbet nobis *per Diſtillationem Sal* quoddam *Volatile Oleoſum*, quod Myrrhæ ſaporem ac Odorem refert, & potentiùs adhuc eſt in ſupradictis Affectibus. Patitur Solutionem cum *Spiritu Vini*; nec in variis Morbis Stomachicis minorem effectum producit quàm Elixir Proprietatis. *Doſis eſt gutt. V ad Semiſcrup.* in juſculo carnis calido, vel in Vino calido.

Aqua, locum pariter habere poteſt inter *Sudorifera* & *Alexipharmaca* Remedia, ſed utendum eſt ea cum *Majore* Doſi.

Arbor Bolanga.

INgens Arbor eſt, rotundos fructus

fructus ferens, cum duro putamine. Intùs continet acidulum liquorem vel Pulpam ſeminibus plenam. Si detrahatur hæc Pulpa, & primò cum aquâ liquor excoquatur atque clarus fiat, ſolùs coqui poteſt vel cum Saccharo donec pretioſum *Rob* fiat, quod fructuoſiſſimum eſt in Fluxibus ventris: quippè quòd refrigeret & optimè Viſcera laxata corroboretur, atque validiſſimè talium affectuum cauſas emendet.

Arboris iſtius Folia ſunt *Balſamica* quoad odorem & ſaporem, atque convenientiſſima pro decoctionibus, Infuſionibus & Clyſteribus ad ventris Fluxus requiſitis.

Præbent etiam *per Diſtillationem*, odoriferam & Balſamicam Aquam quæ ad Supradictos morbos eſt aptiſſima, prout ad Infuſiones Rhabarbari & ſimilium. Educitur etiam cum Aqua Balſamicum quoddam *Oleum*, quod intùs deſumptum, pro Morbis Stomachi, præclara præſtat

ſtat officia. Extùs autem plurimùm inſervit in eundem finem cum Emplaſtris & Linimentis. Naſcitur adhuc ex hac Arbore genus *Gummi*, quod eaſdem Virtutes habet atque *Gummi Arabicum*.

Arbor Marmelle,

HÆc Arbor ſimiliter eſt altiſſima, fructus oblongos producit cùm duro putamine: *Cluſius* vocat eos *Cydonia Bengalica*. Eaſdem æquè ac *Cydonia* vires poſſident & ex eorum pulpis res omnes confici poſſunt ad quas Cydonia ſunt in uſu.

Ex Foliis per Diſtillationem Aqua & Oleum extrahuntur quæ iiſdem uſibus inſerviunt de quibus dictum eſt ſuprà quoad *Bolangiam*.

Flores quæ incundiſſimè olent, Aquam exhibent per *Balneum Mariæ* quæ valdè odorifera eſt, atque cor & Spiritus vivificat. Eandem Aquam

Aquam ut & alias ex iſtis ambabus Arboribus compoſitas, ad *Emulſiones in Dyſenteria*, mei moris eſt adhibere.

Componuntur etiam ex *Pulpa* (præter ea omnia quæ ex communibus Cydoniis in *Europa* fiunt) exquiſitæ adhùc variæ Marmeladæ quæ excellentiſſimæ ſunt pro Nobilibus atque Magnatibus, & ad remotas Regiones transferri poſſunt Eaſque ſic compono.

Marmelada Cordialis.

Rec: *Dyacydon. Simpl. lb. j.*
Pulpæ Citri.
Aurant. Condit. an unc. iiij.
Conſ. Roſar. Vitriol. unc j.
Butyr. Perlar. unc. S.
Ambræ gryſ.
M*oſchi. an. dr. S.*
M. F. Marmelada.

Hæc Marmelada Vitales Spiritus, cor

cor ipſum corroboratur atque præſervat ipſum à multis Accidentibus. *Doſis eſt drach. j ad ij.*

Marmelada Cephalica.

Rec: *Diacidon. Simpl. lb. j.*
N*uc.* M*oſcat.Cond.* No. *iiij.*
Extr. Roriſm.
Eleoſach. Calaminth. an. unc. j.
Eſſent. Roriſm.
Butyr. Perlar. an. unc. S.
Mag. Succini dr. j.
M*oſchi.*
Ambræ an. dr. S.
M. F. Marmelada.

Hæc *Marmelada* Cerebum conſortatur, & utiliſſimè adhiberi poteſt ad eoſdem morbos, veluti in *Apoplexia*, *Vertigine*, *Lethargo*, *Paralyſi* & Tremore. *Doſis eſt drach. j. ad ij. drach.*

Mar-

Marmelada Stomachica.

Rec: *Diacydon. Simpl. lb. j.*
Myrobal Indic. condit. unc. iiij.
Nuc. Moſcat. cond. No. *iiij.*
Zinzib. condit.
Cortic. Citri.
Aurant. condit. an unc. j.
Conſerv. Roſar. Vitriolat. unc. ij.
Mag. *Succini dr. j.*
Eleoſach Calaminth. unc. j. S.
M. F. Marmelada.

Iſta *Marmelada* optimè confortatur Stomachum atque Viſcera, Appetitum provocat, auxiliatur Concoctioni, adverſatur putrefactioni, impedit ne venti progignantur & prohibet rupturas. *Doſis eſt drach. j. ad ij.*

Marmelada Pectoralis.

Rec: *Diacydon. Simpl. lb. j.*
Syr. de Polipod. Indico, lb. S.
Pulm.

Pulm. & Carn. Vulpis Indici, inomtia.
Jackhals, exsiccat & præp unc. iiij.
Balsam. Sulph. Anisati, dr. ij.
Lact. Sulph. præp. dr. j.
Fl. Sulph. Benzoinat dr. j. S.
M. F. Marmelada.

Hæc Marmelada optima est contra infirmitates Pectoris, ut Astma Tussis, puris expuitio, & precipuè in phtisi que exinde provenit. *Dosis est Semidrach. ad drach. j.*

Marmelada Hepatica.

Rec: *Diarydon. Simpl. lb. j.*
Pulpæ Citr. condie.
Conserv. Flor. Tamar. an. unc. iiij.
Nitr. Vitriol. unc. S.
Martis *Patabilis, dr. j. S.*
Santal. Rubr. dr. j.
M. F. Marmelada.

Hæc Marmelada præstantissima est qui-

quibusdam infirmitatibus Hepatis velut Inflammationibus, Obstructionibus & ejusdem duritiebus. Item in Cachexia, Ictero & Hydropisi. *Dosis est Semidrach. ad ij.*

Marmelada Splenetica.

Rec: *Diacydon. Simpl. lb. j.*
Syr. de Polypod. Simpl. lb. S.
Tinct. Martis, dr. ij.
Extract. Filicis.
Rhabarb.
Curcumæ.
Eleosach. Menthæ an. unc. j.
M. F. Marmelada.

Hæc Marmelada præstantissima est ad tumores & durities splenis & aperit ejus Obstructiones atque saluberrima est pro Morbis qui ex magnis Humoribus Melancolicis suam habent originem. *Dosis est j. drach. ad drach. ij.*

Mar-

Marmelada Nephritica.

Rec: *Diacydon.Simpl. lb. j.*
Succ. Liquirit. unc. ij.
Sal. Oc. Cancri, unc. j.
Succini Volatil.
Mag. Succini, an. dr. j.
Tartari.
Eleosachar. Bacc. Cinn. an. nuc. j.
M. *F. Marmelada.*

Hæc Marmulada saluberrima est contra morbos Renum atque Vesicæ, dolorem mitigat, & ardorem Urinæ minuit, & suavissimè Tertaream Materiam per Urinam expellit, imò optimè conducit ad *Gonorream. Dosis est drach. j. ad ij.*

Marmelada Laxativa.

Rec: *Diacydon Simpl lb. j.*
Nuc. Mo*scat. Condit.* No. *ij.*
Zinziberis Condit. unc. j.
Resin. Turbith. dr. vj.

Eleo-

Eleoſachar. Fol. Cinnam. unc. ij.
M. F. Marmelada.

Marmelada iſta ſuaviſſimè Phlegmaticos omnes Humores expurgat & omnium accidentium expers eſt quæ cætera communia Purgantia nobis procreare ſolent. *Doſis eſt Drach. ij. ad ſemi unc.*

Marmelada cum Gummi Gotti.

Rec: *Diacydon. Simpl. lb. j.*
Gum. Gott. Roſat. dr. vj.
Eleoſach. Fol. Cianmam. unc. ij.
M. F. Marmalada.

Hæc Marmelada leniſſimè *Serum* expurgat & præſertim in *Hydrope* mirabilia præſtat. *Doſis eſt drach. ij. ad ſemiunc.*

Ar-

Arbor Serpentaria.

Slangen Boom vel Slangen Hout.
Seu *Lignum Colubrinum &*
Nuces Vomicæ.

HÆc Arbor vocatur à *Cingalis Godhakaduru*, magna eſt atque ramos ſuos ſimùl valdè inter ſe commixtos, non ſecus ac Serpentes emittit: ipſius folia potiùs votundæ quàm longæ figuræ cernuntur. Fructus quos progignit ſunt notæ illæ *Nuces Vomicæ Officinarum*, quæ numero quodam in rotundiſſimo cortice concluſæ reperiuntur. Canes ab iſto fructu rabioſi fiunt, & moriuntur. Hominibus autem inſerviunt adverſus Venena; prout a variis Scriptoribus mentio facta fuit. Lignum mediocriter durum eſt parum per anthracinum cum Venis albis tranſcurrentibus. Optimum eſt *Alexipharmacum* adverſùs omnes venenoſos atque

Ma-

Malignos Affectus, adverſùs Morſuras venenoſarum Beſtiarum aut Serpentium, adverſùs Febres communes, Sanguinis impuritatem, Scabiem & ſimiles alias ægritudines. Exinde quandam Eſſentiam compono, juxta modum ſequentem.

Eſſentia Ligni Colubrini.

Recipe, Portionem contornatorum ſegmentorum quibus Terream Retortam adimplebis, eam autem in ventoſa Fornace depones, ipſique Recipientem adjunges quod apprimè lutabis, atque exinde Spirituoſam Humiditatem atque Oleum diſtillabis. Dùm verò nihil ampliùs elicitur atque ignis calor abierit, aſſume tuum Recipientem, contentum ipſius in Retortam effunde, non nihil Spiritus Vini ſuperadde, atque rectificationem per *Alembicum* in *Arena* perage. Spiritus iſtos iterùm ſuper aliam Subtilem Raſuram affunde, & ill

illi ut *Extrahat* permitte: cùm autem Extractio bené facta fuerit, claram illam educes & ad usum servabis.

Essentia ista præstans est Sudoriferum in morbis suprà designatis, atque cùm Vehiculis convenientibus assumi potest *à Semiscrup. ad Scrup. j.*

Oleum etiam quod hinc elicitur optimum est ad externas Applicationes pro vulneribus venenosis.

Quod supermansit in hac distillatione potest adhuc ad Cineres albos calcinari, & exinde Sal componi, quod usque ad 3. 5. & plura grana cùm *Essentiâ* exhiberi potest, prout sequitur.

Rec: *Essent. Lign. Colubrin. dr.* S.
Salis Lign. Colubr. scr. j.
Sulph. Phil. præp. dr. S.
Aq. Camphorat. unc. j. S.
M. F. Sudoriferum.

Merda Papaveris ſeu Lignum Stercoris.

HÆc Arbor ita vocatur, quoniam fortiter olet, plùs tamen juxta ſtercus vaccinum quàm humanum. Propter ipſius odorem, Incolæ non ipſam cuſant *ſed utuntur* ejus ligno cùm ligno Santali contuſo & illud cùm aqua ſorbetur ad Febres, morbos calidos & puerorum Morbum a *Belgis* Sprouw dictum. *Doſis eſt Drach S.ad Drach. j.*

Ebben-Hout, Lignum Ebenum.

TAntùm abeſt ut lignum iſtud nobis deficiat in *Ceylonia*, ut ipſius Rami decidentes nobis ſufficiant. Quis autem negare poteſt Lignum iſtud eandem virtutem habere quam *Lignum Guajacum* vel notum *Lignum morbi Venerei* poſſidet, hoc enim

nim plùs quàm ſatis expertum eſt à pluribus doctis atque judicioſis hominibus. Ego quidem auſim munus hoc ſuſcipere, me ſcilicet peracturum ex iſto quidquid ex alio poteſt fieri. Cæterùm præterquàm quod ad omnigenas Concoctiones alterius vicecumque bona ratione uſui eſſe poteſt, præbet etiam Spiritum qui præſtantiſſimum eſt Medicamentum Sudorem promovens contra quaſvis Impuritates, Lues, Scabies, & morborum iſtorum dependentias. Præparatur autem modo ſequenti.

Spiritus Ligni Ebeni.

Recipe, Sementorum hujus Ligni Quantitatem maximam, iiſque quoddam ingens terreum Inſtrumentum adimple. Appone ſub eo Recipientem, qui ſat amplus ſit, vel ſi talis tibi deficiat, ſume magna *Bengalica* vaſa, totumque cùm igne aperto diſtilla. Dùm hoc erit peractum effunde

liquorem cui partem *Spiritus Vini* commiſcebis, totum ſimul in Cucurbitulâ impone, & diſtillato *per Arenam* ſubtiliſſimum atque penetrantiſſimum *Spiritum*, qui tibi ſervandus eſt ad uſum.

Hoc modo non erit tibi ſumenda magna *Decocti* potio, ſed ſolummodò *Scrupulus S. Scrup. j. ad Drach. S.* tibi ſorbendus erit, cum aliquo *Minerali Diaphoretico* quale verbi gratia nunc deſcribam & producet in te mirabiles ac extraordinarios effectus.

Rec: *Spiritus Ligni Ebeni, dr. S.*
Sal. Lign. Ebeni, ſcr. j.
Sulph. Philoſoph. præp. ſcr. ij.
Decoct. Lign. Ebeni, unc. ij.
M. F. Sudoriferum.

Oleum illud nigrum ác denſum quod ſupereſt, idem præſtat ac *Oleum Ligni Guajaci*, *Cera* vero ſubjacens ſi fundatur & ad formam

Emplastri ducatur plùs efficit unica die, quàm intra quatuor & ampliùs operari possunt Remedia Communia dùm Apostemata & alii Tumores requirunt auxilia quibus festinetur maturatio. Mirabilissimos etiam præstat effectus ad resolvendos ac dissipandos humores *Schirrosos* atque *Strumosos* quippè virtute sua penetrante, calefaciente, atque diluente resolvit incrassatas atque lutosas Materias, novum affluxum impedit, cutem densam & compressam aperit & emollit, Materiemque facilem & aptam reddit ad Rarefactionem, quinimò cruciatus tamquàm optimum Anodinum mitigat.

Cocos sive Arbor Crepitaculorum.

PRæter suam satis agnitam utilitatem, suppeditat nobis in gratiam *Medicinæ*, *Chirurgiæ* & *Alchimiæ*,

 pul-

pulcherrimum quoddam *Acetum Distillatum*, quod in quibusvis casibus multò melius est quàm *Acetum Vini*, quippè non multas aut potiùs nullas in *Fundo Faces* relinquit. Cortices ipsius quæ duræ sunt, atque lignosæ, præbent super igne *per Descensum* multùm Olei spissi atque nigri quod rectificari potest & Chirurgis inservire, non secùs ac Oleum ex *Ligno Ebeni.*

Oleum recens è putaminibus ejus expressum optimè commendatur etiam pro *Chirurgiâ* præsertim in adustionibus, etenim valdè refrigerans est & dolorem mansuefacit. An tibi placet hìc Exemplum habere cujusdam boni Unguenti ad Adustiones? hoc ego tibi demonstro.

Rec: *Ol. Express. Coc. Indic. lb. S.*
Sach. Saturn. unc. S.
Aq. Calc. Viv. unc. iiij.
M. F. S. A. Ung.

ILlud constanter in marmoreo Mortario agitare debes, donec album Unguentum evadat. Est refrigerativum, anodynum, dolores ciens, prohibet ab Inflammationibus & dùm ardor est extinctus, mirabilissimè cicatrices inducit.

Cocos Melk sive *Cocos Lac*, nobis inservit loco *Lactis Amygdalarum*, pro Floribus Alvi, refrigerat & moderatur acrimonias lutosarum Materiarum in Visceribus. Optimum etiam est in Gonorræa, Urinæ ardoribus quos citò pacificat.

Recens expressum Oleum æquè bonos effectus operatur, atque Oleum Amygdalarum.

Grana Molucca, Grana Tiglia Officinarum, ab Incolis Gajapala vocata.

ARbores istæ non longè ab Au-

lica noſtra civitate *Columbo* creſcunt. Fructus ejus calidam & acreſalſam *Oleoſitatem* habent quæ optimum præbet *Phlegmagogum*, præſertim in magnis corporibus Hydropicis; ſed prudenter præſcribi debet pro macris, ſiccis & calidis Corporibus. In duris Conſtipationibus quæ colicam comitantur, & in quibus ordinaria remedia nihil præſtant, iſta nunquàm nobis defecerunt ſed dùm alia nota Remedia nullum nobis auxilium præbebant, iſta nunquàm nobis defecerunt imò ſemper optimum officium præſtiterunt. Quin & eorum operatio tam fructuoſa, nonniſi parvam quantitatem requirit, granum j. ſcilicet in Clyſteribus ubi nihil ſoli efficere poſſunt. Quapropter uſum ejus, prout ægrotos meliùs juvat, Vobis nunc communicabo, is autem talis eſt.

Rec: *Gran. Tigl. gr iij. dr. iiij.*
Eleoſach. Fol. Cinnamom. ſcr. j.
Miſc.

Dan-

Dandum autem eſt ægroto Cochlear unum pleniſſimum *Aquæ Foliorum Cinnamomi* atque potus aquæ frigidæ ei prohibendus eſt.

Ut alia Purgantia fortiora reddam iſto ſpecialiter utor, ſcilicet.

Rec: *Turbith. Gummoſ. dr. S.*
Gran. Tigl. ad. j. dr. ij.
Eleoſach. Fol. Cinnam. dr. S.
Miſc.

Quem modum in aliis Purgantibus obſervare tibi licet. Fructus iſti vellus exiguum intùs habent, quod eximendum eſt, etenim ſi ſimùl aſſumatur hìc vel illìc in corpore adhæreſcit, unde incommodæ proveniunt operationes.

Gummi Gutta quæ ab Incolis Kannakurka vocatur.

ARbor iſta creſcit etiam in Territorio Civitatis noſtræ *Calumbo*: jucun-

cundiſſima eſt: mediocriter alta: Folia habet rotunda, viridia atque pinguia. Fructum profert qui non multùm diſtat a Morellâ quoad magnitudinem atque continet in ſe quatuor tenuia ſemina in quodam dulci ſucco, qui cum luteis Venulis intermixtus eſt. Cingalenſes & Portugalenſes eos in cibis ſuis immiſcent, eoſque etiam crudos comedunt, ſicut & mihi contigit, nullo exinde percepto incommodo. Dùm cortex hujus Arboris percutitur, luteus ille Succus copioſè defluit, ſeque ipſum pedetentim condenſat, & maturitatem ſuam a Sole & Aëre conſequitur, & tunc lubricus atque *Gummoſus* apparet & non ſecùs ac alia vulgaria operatur.

Quæcunque ex aliis fiunt in *Europa*, pariter ex iſto fieri poſſunt, veluti:

Gum. Gutt. Roſat.
Gum. Gutt. Vitriolat.

Vo-

Vobis etiam nunc manifeſtabo quomodo iſta cum certitudine ægrotantibus præbere poteritis quoad Vomitus & Purgationes: quod quidem ita fit.

Rec: *Gum. Gutt. Subt. Pulveriſ. gr. viij.*
Sal. Vitrioli, gr. ij.
Vitriol. M*artis, gr. iij.*
M. F. Pulvis V*omitorius.*

Aliud.

Rec: *Gum. Gutt. gr. viij.*
Tartar. Vitriolat. ſcr. S.
Ol. Cinamom.
Citri an. gutt. j.
M. Detur in Juſculo.

Aliud.

Rec: *Gum. Gutt. gr. viiij.*
Syr. Cinnam. dr. ij.
Aq. Cinnam. unc. S.
Mag. Perlar. gr. v.
M. Detur in forma Infuſi in Hydrope.

Ad Purgandum.

Rec: *Gum. Gutt. ſcr. j.*
Tartar. Vitriol. gr. vj.
Conſerv. Roſar. dr. ij.
Ol. ſt. Cinnamom. gutt. j.
M. F. Bolus.

Poteſtis etiam Marmeladas hoc in Libro deſcriptas exhibere, vobis enim optimos etiam effectus profe-rent.

Kakuna Ghaba: Arbor quæ nobis Gummi Elemni exhibet.

TAntùm *Gummi* nobis præbet hæc Arbor quantùm neceſſitas noſtra poſtulat. Maximi uſus eſt in Chirurgiâ, quoad *Emplaſtra*, *Unguenta* & *Linimenta*. Cortex iſtius arboris multùm pinguedinis habet & valdè Therebintinus eſt quoad odorem: Decoctus autem in Oleo communi,

op-

optimum præbet Balſamum ad ulcera carnoſa, & ad Linimenta: Contunditur etiam ut Emplaſtris immiſceatur, ad Contuſiones, Fracturas, Diſlocationes & plures alias infirmitates.

Sambucus Indica Minai vocata.

RAdix iſtius Arboris corticem nobis exhibet qui valdè *Aromaticus* eſt. Succus aut pulvis ejuſdem optimum nobis Remedium ſuppeditat adverſus Fluxus Ventris, deprimit Bilem acrem & efferveſcentem, dolores demulcet, Stomachum & Viſcera confortatur.

Fructus nobis per *Coctionem* certum Rob offerunt, cui eadem virtus ineſt.

Cortex, ut antea dictum eſt, Oleum & Aquam per *Diſtillationem* exhibet in quibus eadem vis continetur, præterquàm quàm quod adhuc

vir-

virtutem Specialem obtinent in Gonorræa atque Renum affectibus.

Billinghbingh.

PUlcherrima eſt Arbor ; Fructus habet virides angulatos & oblongos qui ſuccum acidum continent. Creſcit ab infima parte Stirpis uſque ad apicem per omnes nodos & ramos modo mirabili atque jucundiſſimo. Succus iſte pulchrum nobis præbet Syrupum in morbis calidis, in Febribus, in Hepatis aut aliarum partium inflammationibus: Variis modis convenit in MorbisIllioſis. Ex eodem ſucco poteſt adhuc in *Balneo Mariæ* Aqua valdè refrigerans diſtillari.

Flores qui rubicundi aut Violacei fulvi ſunt, nobis contra morbos ſupradictos, imò adverſùs plurimos alios affectus pulcherrimam Conſervam ſuppeditant.

Ca-

Carambolos.

JUcundiſſima etiam eſt Arbor. Fructus ejus paulò majores ſunt quàm illi quos Billinghbingh nobis profert, oblongam habent formam & in acies angulosam, ut plurimùm quinque angulorum, habent etiam in ſe Liquorem ſubacidum non tamen adeò jucundum ut ipſa *Ballinghbingh.* Poteſt exinde Syrupus confici qui acrem efferveſcentem bilem potenter temperare poteſt & maxima pars ejus convenit in omnibus viribus cum *Billinghbingh.*

Flores etiam C*onſervam* nobis exhibent.

Morunga.

RAdix ipſius excellentiſſimam nobis exhibet *Medicinam*: maximè verò convenit cum noſtra Piperis radice quoad Odorem & Saporem. Quam

Quam ob rem pro cibis etiam usui adhibetur. Ego quandam ex isto Cortice Aquam distillo quæ fortissimum odorem atque saporem possidet. Secum abundantem *Salem Volatilem Nitrosum* trahit: est excellentissimum Aperitivum, & propter eam rationem, exquisitissimum est in Hydrope, regio morbo, pro Cachexia, Obstructione Hepatis & Lienis, in Calculo & in aliis qui illos subsequuntur affectibus.

Dosis est vel solum vel cum alio Vehiculo Uncia j. ad unc ij.

Fructus optimi cibi locum habent.

Flores in Jusculis pro morbis calidis.

Acacia vera, & multa ipsius genera.

VAria præstantissima nobis præbet *Medicamenta* pro Stomachi & Viscerum debilitatibus veluti *Succus Acaciæ Inspissatus*, Conservæ Florum

rum Acaciæ, adeò ut eadem ad nos transferri non oportet ut solliciti simus.

Tamarindis Arbor.

PRæter Pulpam quæ tàm ad Purgationes quàm ad Clysteres nobis inservit possumus adhuc è Floribus pulcherrimam *Conservam* desumere pro Stomachi Hepatis atque Lienis affectibus. Optimum pariter est ut mediis aliis Purgantibus immisceatur. E foliis extrahitur Aqua cujus utilitas maxima est pro ardentibus Febribus & Hepatis Inflammationibus; sed oportet ut ex suo proprio succo in *Balneo Mariæ* distilletur.

E succo viridis Tamarindis pulcher acidus Syrupus conficitur ad magnos ardores atque Sitim in morbis calidis.

Arbor Caſsia.

EX Floribus ipſius Conſervam extrahimus quæ ab obſtructionibus Renum & Uretherum liberat & in ipſa Genorræa optimum producit effectum.

Arbor Citri.

HÆc Arbor præbet nobis Aquam *Citri*, Oleum *Citri*, Syrupum Acetoſitatis *Citri*, Pulpam *Citri* Conditam, Cortices Citri Conditos, Elixir *Citri*, quorum compoſitionem rectè ad finem deduces hoc modo. Recipe ſufficienten quantitatem corticum & exinde bonum vinum aduſtum diſtilla quod recentibus corticibus ſuperaffundes, hoc aliquoties facto cum recentibus: extrahe tandem vires aliarum recentium Corticum, tunc accipe portionem ſucci clarificati, & cum Saccharo Syrupum

pum decoque. Isto autem Syrupo præcedentem Extractionem convenienter suavem reddes, & ibidem adjicies viginti guttas *Essentiæ Ambræ Gryseæ*, & *Moschi*, ita pulchrum *Cordiale Elixir* habebis, quod simul Stomachum corroboratur, & procreationem ventorum impedit, & plures alias vires possidet.

Flores etiam exhibent Aquam Cordialem & Conservam, Oleum *Eleosaccarum Citri.*

Arbor Aurantia.

HÆc arbor nobis exhibet *Aquam Aurantiorum*, *Syrupum Aurantiorum*, *Oleum Stillaticium Aurantiorum*, *Pulpam Conditam*, *Cortices Conditos*, & Elixir etiam eodem modo componi potest quod in Colica optimum effectum producit.

Ar-

Arbor Granata.

OFfert nobis *Syrupum Granatorum. Conſervas Florum Granatorum.* Flores & Folia optimum ſuum uſum habent in *Chirurgiâ*, ad *Gargariſmos*, *Clyſteres* & alia *Medicamenta* quæ ſimùl attrahendi, repellendi, atque abſtergendi virtutem habere debent.

Arbor Triſtis.

IPſius Flores Aquam nobis præbent valdè odoriferam quæ Cordialis & refrigerans eſt atque oculorum Inflammationibus optimè prodeſt.

Ekawerya, Radix Serpentum.

VOcatur a *Cingalenſibus Rametul*, pulcherrima Planta eſt, in altum exſurgit cum ramis tenuibus &

cum

cum Foliis longis & acuminatis, cum parvis raris Fructibus qui ſicut racemi ſimùl ſunt conjuncti. Radix diſcurrit in modum Serpentum cum nodis ſub Terra, valdè lignoſa eſt, alba fuſca cum cortice coloris cinerei, & ſaporis amari. Hæc eſt prima ſpecies quam *Garcias ab Orta* inter Ligna Serpentum deſcribit. Vires ejus non minores ſunt quàm eæ quæ magna Serpentum Arbor poſſidet. Incolæ plurimùm eam extollunt contra omnia Venena & venenoſos morbos. Conterunt eam ſupra parvo lapide & exhibent eam uſque ad Semidrach. & ampliùs.

Cardamomum Sylveſtre quod ab Incolis *Alaghabu* dicitur.

HÆc Planta fertiliter creſcit extra Civitatem noſtram Aulicam *Columbo*. Planta eſt quæ ad viſum *Magnam Galangam* repræſentat. Flo-

Flores habet jucundos ac odoriferos, ex quibus *Conſerva* conficietur quæ valdè Cordialis erit atque Stomachum & caput corroborabitur: optima etiam eſt ut cum aliis remedis immiſceatur pro morbis Matricis, excepta Diarræa.

Fructus & ſemem Magnam Olei abundantiam emittunt ad varios uſus in *Medicina*, eandemque virtutem obtinet ac notum Oleum Cardam.

Zedoaria Harankaha.

MAximi pretii eſt apud Cingaleſes; in morbis ſuis periculoſiſſimis ea vel ſola vel cum aliis Medicamentis commixta quæ venenum impugnare debent, utuntur. Radix pini pomo optimè ſudorem & Urinas movet. *Sal* quoddam *Volatile Oleum*, per *Diſtillationem* emittit: quod in minima Doſi Vires totius Plantæ poſſidet. Aqua etiam poteſtates eaſdem

dem habet Dùm hæc radix eſt condita non alium ſaporem habet quàm *Enula Campana.*

Zingiber Sylveſtre quod ab Incolis *Kaluwala* dicitur.

PUlcherrima eſt Planta quæ mediocris eſt altitudinis, Florem profert rubicundum qui non abſimilis eſt a pini pomo fert etiam nigrum ſemen ſicut nigrum *Cuminum* quod valdè calidum eſt, jacet in quibuſdam globulis inter Folia Florum incluſum. Flos iſte continet in ſe magnam quantitatem Liquoris qui Rorem fortiſſimè *attrahit*, eum ego manè expreſſi, & in *Balneo Mariæ* per *Alembicum* diſtillavi eumque præſtantiſſimum Vehiculum exiſtimo. Tota hæc Planta cum Radice diſtillata, pulchrum *Cryſtallinum Sal Volatile Oleoſum* emittit quod certiſſimè pretioſiſſimum eſt *Medicamentum*, vires totius Plantæ continens adverſus morbos

bos graviſſimos. *Doſis ſolùm eſt a tribus ad quatuor grana.* Eandem virtutem Aqua continet, pro Vehiculo deſumpta.

Arundo Indica Odorata.

A Parte inferiori eſt arundinoſa & a Superiori veluti Gramen. Radix ſatis eſt dura, dùm ſcinditur, inſtar ligni finditur, valdè odorifera eſt, convenit aliquibus modis cum *Calamo*, in membra pariter diviſa eſt, nodoſa, & ſatis abundanter circa Civitatem noſtram *Columbo* creſcit. Calefaciens eſt, incidens, aperiens & diſſipans. Per Diſtillationem pulchrum Oleum exhibet quod in parva Doſi totius Plantæ virtutes poſſidet; Stomachum confortatur, Concoctionem adjuvat quæ ex frigidis viſcoſis & putridis Humoribus provenit: optimum eſt ad Menſtruorum obſtructiones, eaque expulſat. Parem habet Aqua Virtutem.

Plan-

Planta hæc aptiſſima eſt ad Balnea & Thermas in *Beriberi* & in morbis Supradictis.

Ariſtolochia Longa, Sackſanda.

EST Planta ſurſùm ſe extollens. Radix eſt intùs Lignoſa ſed Cortex eſt valdè *Aromatica* & magnam virtutem in ſe continet tam pro Medicina quàm pro *Chirurgia. Cingaleſes* eam plurimùm exiſtimant eamque cum Theriacâ ſuâ commiſcent quæ contra morbos Venenoſos aſſumitur.

Semen cum Radice diſtillatum præſtantiſſimum præbet Oleum quod valdè Aromaticum eſt, Vireſque ſuas Specialiter demonſtrat in Morbis Matricis, ex obſtructione provenientibus. Exhinc *Sal Volatile Oleoſum* componitur, cujus efficacia tanta eſt ut Artis Amatoribus commendari mereatur.

Turbith. Tiraſtawalu.

COlligitur etiam extra *Columbo*: creſcit non ſecùs ac *Convolvulus*, Folia ipſius Malvæ, ſunt ſimiles ſubtuſque contactæ lenes ſentiuntur, ſemen etiam veluti arbor Belgice *Winde* Gallice *Liſet* dicta, continet, ed rotundum atque nigrum inſtar grani *Piperis*, in certis quibuſdam Globulis juclusûm jacens. Radix mediocriter eſt longa, contorta, & Reſinoſa: iiſdem prædita & operatum *ab j. Drach. ad ij.* Reſina, *a x. ad xx. grana.*

Galanga Major.

HAnc nos ipſi prout neceſſitas poſtulavit ſæpiſſimè uſui adhibuimus, & apud nos abundanter plantari poteſt, non parvæ eſt Altitudinis, albos Flores emittit, ſicut & Fructum non abſimilem ipſi Cardamo

mo de quo ſuprà mentionem fecimus: propter quam rationem inter ejus Species libenter Fructum iſtum annumerarem. Iſtius Radicis vires ſufficienter ſunt manifeſtæ. E Floribus, licet copioſè non colligantur, *Conſervam* compono quæ Radice jucundior eſt ad tenerarum perſonarum uſum.

Calamus Aromaticus.

Apud nos iſte pariter implantatur. Firmior atque perennior Radix eſt quàm ea quæ aliundè nobis tranſmitti ſolet: uſus ipſius ſat eſt notus.

Eſula cujus præter legitimam multæ aliæ ſunt Species.

Conficitur ex ea correctum quoddam *Extractum* quod certiſſi-

mum habet ufum iis in Affectibus ad quos commendari folet.

Faba Purgatrix, Catharodu.

HÆc Faba exficcatur & ex eadem pulvis conficitur qui cum *Lacte Cocos*, aut Jufculo affumptus, leniffimè purgat & dolorem mitigat in *Colica*, Stomachum etiam & Vifcera juvat. *Dofis eft drachm.* j. *ad iij.*

Polypodium Indicum.

AD ufum *Europæorum* tranfportatur. *Syrupum* nobis exhibet qui multùm confert in *Morbo Gallico*, *Scabie*, *Ulceribus Corrofivis*, *Morbis* Melancolicis, *Cachexia*, *Ictero*, & fimilibus, vel folus vel cum aliis mediis commixtus.

Bal-

Balſamina, *Momordica*, etiam a nonnullis *Halicacabus Peregrina*, & a *Cingalenſibus* Hundule vocata.

EXhinc cum *Oleo* vulgari *Balſamum* quoddam elicitur quod in *Chirurgia* magni uſus eſt tam ad Vulnera & Contuſiones, quàm ad alia Accidentia:

Solanum Hortenſe & Indicum.

SOlanum *Hortenſe* notiſſimum eſt. Alterum quod eſt planta mediocriter alta fructus profert parvos, rotundos, rubros ſicut Alkekengi concluſos. Apud Incolas maximo pretio habetur atque ipſi vires eaſdem quas nos Alkekengi, adſcribunt.

Arum.

APud nos extraordinariè magnum

num est. Conficiunt ex ea Farinam Incolæ quæ plurimùm eos juvat. Hinc habemus etiam nostrum *Fæcul Aronis*.

Bryonia.

PRæbet nobis *Fæcul Bryonia*, cujus præstantia specialis est, ad *Morbos Matricis* & ad *Hydropem*.

Salsaparilla.

DUo sunt ipsius Genera quæ usui adhibentur, tantùmque eorundem habemus quantùm nobis est necessum, & Europæis commodè carere possumus.

Nicotiana, Taback.

PRæbet nobis *Aquam Olei. still. Oleum per Infusionem. Conservam* ex qua

qua varia Vomitoria quæ certiora ſunt quàm *Infuſiones Croci Metallorum aut Vitri Antimoni.* Participes vos reddo meliorum hoc in ſubjecto deſcriptionum.

Rec: *Conſerv. Nicotian. dr. ij.*
Sign. Braeck-Conſerv.
Rec: *Aq. Nicotian. ex Succo deſt. unc j.*
Syr. Nicotian. dr. ij.
M. F. V*omitorium.*
Rec: *Fol. Nicot. dr. j.*
Santal. Rubr. ſcr. S.
Roſar. Rubr. p. j.
Infund. in Vin. vel etiam Sp. Vini, exprime & filtra. & edulcora cum Julep. Roſar. q. S.

Vel.

Rec: *Fol. Tabac. dr. j.*
Cinnam. Elect. ſcr. j.
Infunde in ſ. q. Vini Hiſpan per noct. mane filtra Sign. Braeck-Wyn.

Radix Amoris a *Portugalensibus* *Res de Amour* vocata.

PLanta hæc est Graminosa quæ longè repit supra terra vel si quid ipsi adjacet cum eo comvolvitur & ascendit. Radix est Aromatica, maximè cum *Caryophillata* nostra conveniens quoad saporem & odorem.

Calamintha.

COpiossimè crescit apud nos: utilissimi usus est in Medicina & Chirurgiâ pro Clysteribus, Decoctionibus, Cataplasmatibus, Fomentationibus & pluribus aliis.

Oleum largissimè præbet cujus Virtutes miratu dignæ sunt pro Stomacho, Capite, & Morbis Matricis. Aqua ipsius eosdem habet usus ad hujusmodi Morbos.

Præterea conficimus exinde *Syrupum*

pum ſicut & *Salem* ex Cineribus.

Mentha. Ghonokolla.

SUbtilem atque Camphoreum odorem poſſidet, pariterque clariſſimum eſt remedium pro Stomacho, Capite, Matrice. ſubtile & jucundum nobis adhuc præbet *Oleum*, *per Diſtillationem* imò & Aquam quæ iiſdem uſibus inſerviunt.

Hyſſopus. Welakola.

VIrtutem eandem atque noſtra continet. Præbet etiam Oleum & Aquam *per Diſtillationem.* Poſſumus pariter exindè conficere *Syrupum* ad Morbos pectoris excellentiſſimum.

Marrubium. Jackwanaſſa.

ODore atque ſapore cætera no-

bis non ignota ſuperat. Oleum ſubtile ſimùl & Aquam nobis exhibet quæ præſtantiſſima ſunt in Morbis Matricis ex obſtructione contingentibus.

Ex eodem *Syrupum* extrahimus ad eoſdem Affectus & ad Morbos Stomachicos.

Scilla.

Componuntur ex ea *Acetum & Oximel Scilliticum.*

Roſmarinus.

TAntam ipſius Copiam habemus quantam neceſſitates noſtræ poſtulant. Quæ exinde Præparationes fiunt, ſunt Aqua, Spiritus, Eſſentia.

Ad Eſſentiam conficiendam oportet ut quemdam *Spiritum Vini* per aliquot vices ex viridi Roſmarino extrahas, & tunc iterùm eodem modo recentem elicias. Virtus ejuſdem

dem facilè detegi poteſt in hoc Tractatulo.

Ruta.

PRæbet nobis *Aquam & Oleum Coctum* quæ ad Clyſteres, & alia *Chirurgicalia* ſunt Uſitatiſſima.

Seſamum.

OLeum exhibet per Coctionem aut Infuſionem, quod commodiſſimi uſus eſt in *Chirurgiâ*, ſpecialiter in ardentibus atque calidis Capitis doloribus. Emolliens eſt, dolores mitigans, & aliquatenùs reſolvens. Uſum familiariſſimum habet apud Cingalenſes a quibus *Oleum* iſtud *Schinſchilli* nomen obtinet.

Nymphæa.

EXinde proveniunt nobis *Aqua*,

Syrupus, *Conſervæ*; Oleum, Coct· quæ omnia maximè ſunt uſitata tum in *Medicina* tum in *Chirurgia*. *Aqua*, *Syrupus* & *Conſervæ*, *Fluxus*, *Ardentes calidas Febres* & *Cephalalgias* ſanandi virtutem habent. Item *Sanguinis Vomitum*, ſeu *Hæmorragiam*, & *Fluxus Mulierum*. Oleum inſervit & *Inflammationibus*, *Vlceribus Corroſivis*, & *Combuſtionibus*: In Clyſteribus impenduntur ut emolliant & tormenta mitigent acrium Excretionum.

Scabioſa.

EXhibentur nobis ab ea, *Aqua*, *Syrupus*, & *Succus Scabioſæ* pro Affectibus pectoris, pro pleuritide & pro eorumdem vulneribus.

Arthemiſia.

QUæ præparantur ex ea ſunt,

Aqua

Aqua, *Syrupus*, *Sal*, quæ Morbis Muliebribus optimè conveniunt.

Matricaria.

AQuam & Syrupum nobis exhibet tàm ad Capitis quàm ad Matricis morbos juvandos.

Supereſt nobis adhuc magna quantitas Herbarum tàm in Hortis quàm in Sylvis, quas ego non tanti facio ut chartam hanc occupare mereantur reſpectu præparationum & uſuum. Quicunque requiſitæ cognitionis parumper adeptus eſt, novit optimè quid ex iis omnibus confici poteſt. Ego verò tantummodò nomina earumdem ſubjiciam. Sunt autem quæ ſubſequuntur.

Aſclepias, *Auricula Muris*, *Acetoſa*, *Acetoſella*, *Aſparagus Sylveſtr.* *Bardana Minor*, *Baſilicon*, *Caryophyllus Hortenſis*, *Cyſtus*, *Conyza*, *Cichoreum*, *Colocaſia*, *Curcuma*, *Dra-*

Dracunculus Minor, *Dracontium*, *Endivia*; *Filix*, cum maxima parte generum ab isto dependentium. *Fœniculum*, *Faba*, cujus innumeræ sunt variæ Species. *Gentianella*, *Glycyrrhiza*, *Hedera Terrestris*, *Kali*, *Lactuca*, *Lingua Cervina*, *Lonchitis*, Arbore quâ *Lacca* provenit, *Laser*, è quâ *Assa Fœtida* provenit, *Malva*, *Myrtus Indica*, *Nepeta*, *Nasturtium*, *Petroselinum*, *Portulaca*, *Pimpinella*, *Persicaria*, *Ros Solis*, *Selinum*, *Semper Vivum*, *Triorchis Trifolia*, *Verbena Bontii*, *Veronica Bontii*, *Urticæ* varia genera: Mellis & Olei sat etiam *Ceylonia* nobis suppeditat, quæ *Basis* sunt *Officinæ Medicinalis*.

Eò usque igitur pro isto tempore devehuntur Experimenta mea, ulteriùsque secundùm apparentiam sese extendissent absque officii mei impedimentis. Hoc etiam libenter fateri volo quod cognitio mea pro *Regno Vegetabili* non amplior est quàm

quàm reſpectu rerum ad quotidianas noſtras neceſſitates requiſitarum: ſummum autem illum Honorem æquo animo iis qui propriè & ex profeſſo Arti vacant concedendum cenſeo & eam ob cauſam Doctores Botanices appellantur, inter quos hac in re præſtantiſſimus eſt Dominus Doctor noſter *Paulus Herman*, non ſecùs ac in cognitione aliorum *Naturalium* nec dubito quin ſuo tempore nobis occaſionem præbeat aliquid Extraordinarium ab eo recuperandi.

Jam verò Regnum Minerale nobis perluſtrandum eſt, atque videndùm quid *Artis* Amatoribus elargiri poſſumus, principium à Terra deſumpturi.

Terra.

CUm de *Mineralibus* nobis ſit agendum, æquum eſt primò ut Terram examinemur, veluti *Corpus Corpo-*

rum

rum quod qualitates omnes continet, quæ in uno corpore ſunt requiſitæ, & hoc ipſum eſt quod Influentias Celeſtes ſuſcipit & eas in ſe recludit tanquàm poteſtates calefaciendi, mundificandi, ſeparandi, vivificandi, augendi & nutriendi. In ipſamet Terra fovetur fundamentalis humiditas ex qua omnia Vegetabilia, Mineralia & Animalia incrementum atque vitam mutuantur.

Apud nos ſemper plurimæ Terrarum ſpecies fuerunt uſitatæ, ſcilicet, Terra Sigillata, Lemnia, Turcica, Armenia, Terra Melitea, Strigenſis Brunduſiana, ſeu Bohemica, quæ nomen ſuum juxta varietatem colorum & locorum conſequuntur. Nonnunquam Terræ nomen retinent ut *Terra* aut *Axungia Solis*: Terra Lunæ: Terra Venerea, Martialis, Saturnina, & ſic de cæteris.

Iſtæ Terræ ſemper ab Eruditis atque peritis hominibus magnam

Æſtimationem obtinuerunt & ab iiſdem inter præſtantiſſima remedia quæ virtutem Alexipharmacalem poſſidere debent, connumeratæ ſunt

Iſtæ non nobis deſunt in Ceylonia, & libenter omnes illas ſupradictas negligere poſſumus: etenim Terra noſtra, pulcherrima pinguis & Adſtringens eſt atque multùm *Terræ Solaris*, *Lunaris* & pro maxima parte *Martialis*, in ſe commixtum habet, omnes qualitates in ea reperiuntur quas ex ſupradictis exigere poſſumus, non ſolùm quoad Chirurgicos ſed & Medicinales uſus.

Ego ut curioſis Amatoribus ſatiſfaciam Terrarum per ignem ſeparationes aliquatenùs demonſtrabo, quæ modo ſequenti contingunt.

Spi-

Spiritus Terræ Ceylonicæ : quomodo etiam excellentissimum Sal Volatile Hermeticum & Centrale *prodit in lucem.*

Recipe Magnam Retortam vitream, quam si tibi lubet, bono luto gypsare poteris dumque eam ista Terrâ repleveris, ingentem ipsi Recipientem benè lutatum adjunges & ex fornace ventosa distillabis primò quidem per diei partem dimidiam igne lento. Deinde pro uno gradu calorem adaugebis, eodemque modo perges donec nil ampliùs eliciatur. Tunc *gradatim* ulteriùs ascendes, atque tandem ibi longo temporis spatio consistes, fortissimum ignem fovendo, donec nullos Vapores Spiritibus abundantes exire percipias, tunc ignem extingui permittes, Recipientem assumes, Spiritumque tuum in aliud parvum Vitrum infundes. In Collo Retortæ *Sal Hermeticum* dictum adinvenies colore album, ipsum-

ſumque accuratè colliges quoniam adeò pretioſum eſt propter Magnam quæ ipſi ineſt virtutem ut nullis pecuniis ſolvi poſſit.

Deinde Spiritum illum rectificare debes in *Arena*, *per Alembicum*, vel ut meliùs tibi ſuccedat in *Balneo*, ſic enim *Phlegma* ſuperaſcendit, & in *Fundo* remanet Spiritus tuus qui colore niger, & luteus eſt, inque periculoſiſſimis Morbis excellentiſſimum eſt *Medicamentum*, veluti gravibus *Febribus* calidis, Maculoſis, Malignis, Peſtilentialibus, & cæteris Malignis Morbis ſicuti Variolis, Morbillis, & ſimilibus: Quibus iſtius remedii non conceſſa eſt cognitio, iis incredibile eſt quot & quantæ ſunt in eo vires comprehenſæ. Nec ego ipſe tale quid credere poſſem niſi me ab experientia convictum reperiſſem.

Sal Centrale Fixum, mediante Aqua diſtillata, tibi extrahendum eſt ex remanente Terra, tunc filtrandum

&

& in Balneo evaporandum; hoc modo sal residebit in Fundo quod separatim servare poteris. Hæc est igitur istius *Terræ* separatio.

Nonnullas vobis nunc describam Formulas juxta modum quo gravissimos Ægrotantium Morbos multoties optimo cum successu remediis istis expuli.

In Febribus Ardentibus, in maximis Angustiis.

Rec: *Sp. Terr. Ceylonic. dr. ij.*
Sal. Vol. Hermetic.
Central. Fix. an. g. v.
A. q Pluvial. dist. unc ij.
M.

Istud subinde cochleatim ægroto oblatum, sine mora refrigerat ipsum, & mirabilissimè vehementes Sanguinis Ebullitiones præcipitat.

In *Febribus Malignis*, *Ptechialibus*, *Variolis & Morbillis*, celerrimè

rimè maligna Fermenta præcipitat & annihilat: uſus talis eſt.

Rec: *Sp. Terr. Ceylonic. dr. j.*
Sal. Volat. Hermetic.
Centr. Fixi an. gr. iij.
Sulph. Phil. præp. ſcr. j.
Aq. Plurial. ſt. unc. j. S.
M. F. Sudoriferum.

QUæ ſupra deſcripſimus manuductionem ſat ſufficientem in pluribus occaſionibus tibi præbebunt. Poſt Terram ad ipſius *Mineralia* tranſeundum nobis eſt veluti ad *Metallorum* principia. Primò igitur ſeſe nobis offert *Martis Minera* qua Territorium noſtrum abundantiſſimè refertum eſt. Neque vilem quandam Virtutem iſta poſſidet, jacet enim his in locis, in magna quantitate *Spiritus Mundi* concluſa. Hujus autem Spiritus multi præſtantiſſimi Philoſophi mentionem fecerunt ipſique prout

prout æquum eſt maximas vires adſcripſerunt.

Quamobrem ut ad Iſtam materiam abtinet, non nihil obſervatione Speciali dignum vobis enarrabo.

DUm a quibuſdam Annis tempus meum impenderem in Examine atque ſpeculatione *Subjecti*, quod Spiritum iſtum continendi capax eſt. nonnunquàm deambulatum exivi, dùm autem ad circuitum Continentis *Fredericæ* perveniſſem que Locus eſt Aulicus Principatus *Juſtland* ubi tunc temporis domicilium meum conſtitutum habebam Montis opus ſeu inchoatam reperi Materiam ubi mirum in modum, Metallorum generatio conſpici poterat, ibique multa principia Metallorum aderant veluti Vitriolum, pinguis & alba Terra in qua Talcum pulcherrimum cernere fas erat quod longa Cryſtalla veluti Salpetræ productum erat: *Mine-*

ra

ra Martis apparebat fertiliſſima: Tandem utrinque ornatum erat lapidibus numeros notantibus quorum nonnulli *Spiritu Mundi* penitùs erant imbuti atque colore rubeo tincti, quidam pro dimidia parte, cæteri initium aſſumentes atque ibidem clariſſimè Mirabilia naturæ opera conſpicienda erant, quatenùs ſcilicet iſte *Spiritus* Corpus iſtud inter alia propter poroſitatem ipſius eligit aptumque in eo ſuum Hoſpitium conſtituit. Ego igitur quoſdam ex his totaliter tinctis lapidibus aſſumpſi, Domum me recepi, iiſque pulverizatis & ſupra carbonibus collocatis, tunc exinde jucundiſſimus Sulphuris Odor ſurſùm evectus eſt quem ego olfactu ſum expertus. Tunc cogitationes meas ulteriùs detuli, mihi ſuadendo quod Corpus iſtud in quo tam Nobilis *Spiritus* concentratum jacet pretioſiſſimum exiſtimari debet ipſumque magnis mirandis virtutibus abſque

dubio

dubio præditum eſſe. Poſtea contigit ut brevi temporis Spatio tota ferè Civitas oppreſſa fuerit variolis atque Morbillis, nec juniores ſolùm ſed & ætate provecti iiſdem vexabantur. Imò multi 30 & 36 annos nati. Homines & feminæ indifferenter. Tunc Subjectum meum Experientiæ tradidi, dando ipſum ſubtilitèr contuſum *à Semiſerup. ad Semidrach*, cum aquæ calidæ portione minima bis aut ter unico die, adeòque miraculoſas operationes præſtitit ut omnes Homines in admirationem raperentur, nequæ tantum ex tota Apothecaria accerſere poterant. Intimus quidam ex Amicis meis *Doctor Koornmeſſer* vocatus, cui nonnullas Doſes ego ipſe tradideram perpetuò mihi fuit importunus donec hujuſce rei manifeſtationem ipſi elargitus fuiſſem, tunc ergò ipſum ad *Apothecariam Philoſophicam* deduxi, atque ibidem *Medicinæ* revelationem aperui, cumque maxima gratiarum actione tale quippiam

ve-

veluti *Naturæ Secretum*, per me ſibi comparavit. Lapis iſte *Spiritu Nitri* irroratus, totùs ſolvitur, ſuamque Venenoſam naturâ impreſſam Acrimoniam amittit ita ut dulciſſimus evadat. Unde facilè judicari poteſt quamnam virtutem *Subjectum* iſtud poſſideat, quandoquidem omnia noſtra maligna atque venenoſa Fermenta, unde graviſſimi morbi ſuam ſumunt originem, in ſe ipſo imbibere eademque præcipitare ſoleat. Quæ virtus ut verùm fatear, in communibus *Apotecariorum Officinis* reperiri nequit. Prædictum autem *Subjectum*, *Spiritu Nitri* ſolutum, ſe ipſum figit, & in calore vehementiſſimo remanet fuſum veluti Rubinus & ſi in retorta impoſitum fuerit, *Spirituſque Vini* ei affundatur, & extrahatur, mutationem miratu dignam ille ipſe acquirit, extraordinariè odoriferus evadit, Spiritus Vini ſaporem non ampliùs retinet, dùm verò, ipſius interventu, fœtidorum quorumdam

Subjectorum velut Costorei similiumque rerum extractio suscipitur, nullam fœtidam sed jucundissimè olentem Tincturam exhibent.

Talis igitur Mineræ participes sumus, & magnam Dei benignitatem hìc comprobamus, nempè quod cuilibet Regioni mirum in modum Media distribuit quæ ad morborum prædominantium curationem requiruntur. Præcipui enim Morbi quibus Ceylonia infestatur sunt, *Alvi Fluxus*, *Hepatis Lienis* & *Mesenterii Obstructiones*, & Febres exindè continuò provenientes.

Quid vobis nunc videtur Garruli Contemptores? Accedite nunc atque eos dispicite quorum Labor in Naturæ Schola nullam nisi pro vobis ipsis Cognitionem inquirit. Nunquid talem adepti estis potestatem ut lapidem adeò neglectum sed ad tot morbos sanandos aptissimum vobis conficere liceat? Venite ad me, vos enim edocebo quo pacto plurima præstan-

ſtantia Remedia pro ſupradictis morbis a vobis præparanda fuerint. Talia ſunt,

Spir. Vitrioli. Martis.
Tartar. Vittriolat.
Crocus Martis.
Sal Vitrioli Martis.
Tinct. Sulph. Vitrioli.
Vitriol. Martis dulce.
Aqua Sulphurea Martis.
Spir. Sal. Sulphureus dulcis.
Ol. Martis, vel Mars *Potabilis.*
Sulph. Philoſoph. Aroph vocatum
Syr. Chalybeat.
Eleoſacch Chalybeat.

Recipe Quantùm tibi placuerit ex *Minera Martis*: eam minutim contunde, atque tantùm *Spiritus Sulphuris* ſuperaffunde ut eo circiter trium aut quatuor digitorum latitudinem ſit obtecta, in calore depone ut diluatur, cùm autem tali modo per octo vel decem dies ſubſtiterit, effunde atque filtra. Supra reliquum

poteris adhuc novum *Spiritum* infundere & ut anteà extrahere. Deinde prout libuerit in *Balneo* vel *Arenâ* totam humiditatem diſtillabis atque pulchrum *Vitriolum* in fundo remanebit. Aquam diſtillatam ſeparatim cuſtodies, etenim ad varios Morbos tanquàm *Vehiculum* inſervire tibi poterit Ex iſto Vitriolo *Tartarum Vitriolatum*, prout ſequitur, compone:

Solve *Vitriolum* cum tanta diſtillatæ Aquæ pluvialis quantitate quæ ſufficiat, filtra, & ſeparatim effunde, tunc adde *Lixivium Salis Cinnamomi* tandiû donec non ampliùs præcipitetur. Sine illud ita conſiſtere per octo vel quindecim dies, denique clarum effunde, filtra, evapora, atque ſine ut fermentetur aut pullulet. Hoc modo pretioſa Cryſtalla tibi ſupererunt quæ majores adhuc vires continent, quàm *Tartarum Vitriolatum*. Doſis eſt Semiſcrup. ad Scrup. j.

Spi-

Spiritus Vitrioli Martis.

Impone Vitriolum istud in Retorta vitrea undique circumlutata, depone illam in fornace ventosa, & ei maguum Recipientem benè lutatum adjunge, atque distilla per totam diem, igne lento. Secunda die cum gradibus ignis incipiet ascendere, tunc eodem modo pergere debes: Tandem fortissimum ignem accendes sed moderatè, & ita tandiù continuabis donec Recipiens totum clarum pellucidum evadat, tunc illud assume atque quod inest in parvulam aliam Retortam primùm infundes & leniter subtilem Spiritum extrahes. Remanet in *Fundo* parumper *Olei Vitrioli* quod separatim conservare debes.

Si tibi sit animus *Spiritum* istum in virtute sua exaltandi Accipe *Caput Mortuum*, quod pro aliquo tempore in aliam Retortam, cujus collum apertum maneat in aere, injicies,

cies, & adeò erit avidum *Spiritus Mundi* ut illum ad ſe alliciat. Cùm autem hoc modo per aliquot tempus ſteterit, deſuper iterùm Spiritum tuum affunde, & fortiter extrahe, tunc Spiritus tui pondus & virtutus plurimùm adaucta ſunt: Ex *Capite Mortuo* poteris,

Sal Vitrioli Martis.

Extrahere, dùm autem optimè dulce factum & ſiccatum fuerit, ſupereſt tibi extraordinariè pulcher.

Crocus Martis.

Ex quo Croco præſtans

Tinctura Sulphuris Vitrioli.

Eſt extrahenda, Recipe unam vel duas uncias hujusce Croci, eas in Phialam infunde, optimum *Spiritum Salis* ſuperadde, depone in lo-

co:

eo calido ut fiat Extractio. Post tres aut quatuor dies *Spiritum Salis* totum rubrum intinctum habes, effunde illum, & alium iterum injice & ita perge extrahere ut anteà donec satis habeas.

Extractiones istas impone simul in parvula *Retorta*, & separa donec densa lutea *Massa* fiat. Desuper adjice Spiritum Vini: depone iterùm in Arena calida ut extrahatur atque per aliquot tempus sine ut ita digestio fiat, tunc habes veram atque legitimam prædictam *Tincturam*, pretiosissimum ad omnes *Morbos Dissolutos Medicamentum*, cujus ego tibi quosdam describam Formulas; prout ego ipse cum felici successu semper iis uti soleo.

In Hæmorrhagia.

Rec: *Tinct. Sulphuris Vitriol. dr. S.*
Rosar. dr. ij.
Aq. Rosar.
Nymphææ. an. unc. ij.

Syr. Portulac.
Granator an. unc. S.
M. F. Julapium.

Isto cochleatim multis vicibus reïteratis uti poes.

In Fluxu Mulierum, Dysenteria, Diarrhœa, & similibus Affectibus.

Rec: *Tinct. Sulph. Vitriol. scr. j.*
Conserv. Granat.
Syr. Granat. an. unc. S.
M. F. Bolus pro 3. a 4. Vicibus.

Vel talis Liquor.

Rec: *Aquæ Rosar.*
Nymph. an. unc. ij.
Syr. Perlar.
Coral. an. unc. j.
Granat.
Portulac. an. unc. S.
Tinct. Sulph. Vitriol. dr. S.
M. F. Julapium.

Isto sicut antecedenti uti poteris.

Vi-

Vitriolum Martis Dulce.

Accipe ex iſta *Menera*, quam in Retorta depones eique *Spiritus Salis* tantùm affundes ut eo benè ſit cooperta, colloca illud in *Arena* calida per ſeptem vel octo dies, tunc habebis viridem ſolutionem quæ multùm Sulphur redolet: dejice illud iterùm in aliam Retortam, & extrahendo perge donec ſufficientem habeas quantitatem. Extractiones iſtas inmiſce ſimùl, & in *Balneo Mariæ* humiditatem abſtrahe, tunc habebis in *Fundo* pulchrum & viride *Vitriolum*. Aqua ſuper diſtillata eſt

Aqua Sulphurea Martis.

Eſt que Aperiens, Anodyna, atque ſomnifera atque præſtans eſt Vehiculum ad varios Morbos graviſſimos.

Spiritus Salis dulcis Sulphureus.

Recipe Dulce iſtud *Vitriolum*, depone illud in Retorta vitrea, dumque illam cum Recipiente benè lutaveris, *Spiritus* exinde propellitur cum igne moderato Tunc habes tuum *Spiritum Salis* denuò melioratum & in eo *Sulphur Metallorum* abditum jacet, *Spiritum* iſtum eſtunde iterùm ſuper aliam *Mineram* & ut anteà perge donec bonam iſtarum abſtractarum extractionum quantitatem in Retorta habeas, unde componendum erit tibi præſtans

Oleum Martis, vel *Mars Potabilis.*

Modo ſequenti, Retortam in aperto igne colloca, eique Recipientem benè lutatum addito & expelle *gradatim* donec nil ampliùs exinde proveniat quod exhinc tibi notum fiet, nempè quod ubi cum igne fortiſſimo

tiſſimo Auri ſplendorem habentes Atomos: non ampliùs ſurſum avolant, tunc ignem extingui permittendum eſt, atque vas tuum aſſumendum, eodem inſtanti Oleum quod valdè denſum *Collo Retortæ* adhæret ab Aere ſe demittit, & in Sangui-rubrum *Oleum*, quod ſtatim in pulchram *Tincturam* auri colorem habentem, diſſolvitur, cum *Sulphureo Spirituali Igne Vegetabilium*, tunc igitur *Mars Potabilis* dulciſſimus eſt, ſapore adſtringens, & valdè odoriferum. Magnam virtutem in plurimis periculoſis Morbis demonſtrat, exempli gratia in *Dyſenteria*, *Lienteria*, *Diarrhœa*, *Fluxu Mulierum*, *Hæmorrhagia Narium*. *In Sputo & Vomitu ſanguinis*, *Melancholia*, *& Malo Hypochondriaco in Obſtructione & Schirrho*, *Hepatis & Lienis*, qua de re nonnullas vobis adhuc deſcriptiones exhibebo quæ mihi feliciter ſucceſſerunt.

In *Dyſenteria*, & ab ea dependentibus Infirmitatibus, poſt convenientem Purgationem.

Rec: *Conſ. Flor. Granat. unc. j.*
Syr. Granator. unc. S.
Butyr. Corall. dr. j.
Mart. Potabil. gutt. viij.
M. F. Bolus. Doſis dr. j.

In Fluore Muliebri.

Rec: *Aq. Roſar.*
Portulac. an. unc. ij.
Syr. Granat. unc. j.
Mart. Potabil. gutt. x.
M. F. Julap. Doſis Cochlear. j.

In Hæmorrhagia Narium.

Rec: *Aq. Roſar.*
Nymph. an. unc. ij.
Syr. Granat.
Nymph.
Portulac. an. unc. S.
Mart. Potabil. gutt. x.
Miſc. F. Julap. Doſis Cochl. j

In

In Sputo & Vomitu Sanguinis.

Rec: *Martis Potabil. gutt. vj.*
Conserv. Flor. Nymph.
Granator. an. unc. j.
Syr. Coralliorum.
Perlarum.
Portulac. an. dr. j.
Misc. F. Bolus. Dosis dr. ij.

In Melancholia, Malo Hypochondriaco, Cachexia, Obstructione & Schirrho Hepatis & Lienis.

Rec: *Mart. Potabil. gutt. vj.*
Syr. Chalybeat. unc. j.
M. pro duabus Dosib.

Quilibet curiosus Indagator usus suos ulteriùs extendere potest.

Sulphur Martis vel Separatio *Aroph Philosophorum.*

R*Ecipe* quantùm tibi placuerit ex

isto

iſto *Oleo Martis*, depone illud in parvo Pelicano inſtar Retortæ ubi Capitulum firmiter ſufflando fuit conjunctum, affunde ibidem ter aut quater tantùm *Spiritus Vini*, & illum leniter exinde diſtilla, fac idem aliquoties, tunc Sulphur decidit in Fundum veluti Pulvis quem cum Aqua pluviali Diſtillata potes elicere. Iſtud eſt verum ac legitimum *Sulphur Narcoticum* cujus duo vel tria grana, tumultuoſum *Archæum* noſtrum pacificare valent. Hoc autem remedio multa præſtantur in variis Morbis Miracula, cum intra paucas horas eo perfectè ſanentur.

Syrupus Chalybeatus.

Recipe, Radicis *Polypodii Indici*, *Aſparagi Sylveſtris*, *Filicis*, *Morung. Pretroſelini*, *Cichoreæ*, *Curcum* cum Herbis, iiſque minutim conciſis ſuperadjice *Manipulum j.* aut *ij* ex *Minera Martis*, ſuper af-

fun-

funde optimum Acetum adeò ut ſub eo res tua benè ſubmergatur, colloca illud in ſole ſuper Arenâ ſurſùm benè contectum, permitte per ſeptem vel octo dies ut ita conſiſtat atque laboret, tunc adde duas vel tres libras Sacchari, atque cura ut lentè ſimul per duas aut tres horas coquantur: tandem illud Linteo tranſcola atque ulteriùs ad convenientem Conſiſtentiam decoque. Aſſerva Syrupum iſtum accuratè, nam exquiſitiſſimus eſt in obſtructione atque duritie Lienis & Hepatis, ut & in *Cachexia*, quæ in noſtra Ceylonia morbi communes ac ordinarii ſunt.

Eleoſacharum.

Pro maxima parte vires eaſdem obtinet ſunt ejus Deſcriptio talis eſt.

Rec: *Mart. Potabil. dr. j.*
Ol. ſt. Menth.
Citri.
Aurant. an. ſcr. S.

Fol.

Fol. Cinnam. gutt. viij.
Sachar. Albiss. lb. j.
Misc. Dosis dr. j. ad ij.

Istud magnas in *Cachexia* vires habet.

Spiritus Salis.

SAt benè notum est quod ubi *Sal* adest ibi non deficiunt *Spiritus* nisi ei qui illos extrahere debet vel Instrumenta vel experientia desint. *Recipe* partem unam *Salis* & quatuor partes Terræ nostræ albæ *Ceylonicæ*, postquam benè commixta fuerit, *Spiritum* exinde cum Retorta vitrea igne forti distilla. Usus sufficienter agnitus est.

Spiritus Salis Dulcis.

REcipe *Spiritus Salis & Spiritus Vini* partes æquales quas in Retorta simùl impones & conjunctim aliquo-

liquoties diſtillabis, donec acrimoniam amiſerint, ſerva ad varios uſus, uti noſti.

Spiritus Nitri Acidus & Dulcis

SImili modo pariter conficitur & tùm in Medicina tùm in Alchymia, multos habet uſus. Oportet ut hìc te doceam *Nitrum Vitriolatum* componendi modum prout multoties hoc in libro mihi venit in mentem.

Nitrum Vitriolatum

REcipe libram unam optimi Salis petræ: permitte ut in Aqua calida diſtillata diluatur, ſuperaffunde ſemi libram *Olei Vitrioli* in *Retartâ* vitrea, depone illam in Arenâ, eique Recipientem adjunge optimè lutatum & cum leni calore diſtilla, donec ſit exſiccatum, tunc per duas aut tres horas vehementem ignem accende do-

donec ſimùl fundatur, deinde vas tuum aſſume. Si prout eſt in Retortâ velis illud elicere oportet ut eam diſrumpas, ſed ut illud adhùc pulchrius excipias, poteris illud ſolvere filtrare & iterùm ſinere ut in Cryſtalla evadat, hoc modo multò purius erit quàm antea.

Non eſt credibile quantos effectus in Febribus calidis Remedium iſtud præſtare poſſit.

Aqua ſuper diſtillata optimus eſt Spiritus *Nitri* vel *Aqua fortis.*

Marchaſita Sulphuris.

ABundantiſſimè colligi poteſt circa locum noſtrum Aulicum, & ex ea variis modis Sulphur atque plurimæ res aliæ poſſunt extrahi ad uſum *Medicinæ* & *Chirurgiæ.*

Primò exindè componitur ſine additione optimum

Vi-

Vitriolum.

QUod hoc modo peragitur: Recipe ſufficientem portionem iſtius Marchaſitæ, eam in fruſtula percuſſam in aliquo loco depones ad Aerem, cavendo nè quædam ſupercadat pluvia.

Sine illud ibi per aliquot tempus ſtare, atque *Sal Vitriolum* excreſcere videbis veluti lana Arborum. Cùm autem illud copioſiſſimè ſuſceperit impone totum ſimùl in magno lignoſo Infundibulo ſub quo perforata Lamina collocetur, & ſub eadem Ahenum cupreum vel aliud Vas, tunc temporis aquam calidam ſupra Mineram affunde, Vitriolum ſecum aſſumet, & trans illud percurret. Cum Aqua nil amplius ſapit, aſſume imfundibulum illudque denuò ad Aerem appende, poſt aliquod temporis ſpatium iterùm Sal quoddam adinvenies. Hoc autem tandiu reiterare potes donec ſatis excerperis. Aquam imbi-

bibitam lentè ſines evaporari atque *Vitriolum* tibi ſupererit. Hinc etiam licitum eſt tibi juxta modum vulgarem bonum extrudas.

Spiritum Vitrioli.

Sulphur vel per *deſcenſum*, vel cum magna Terrea Retorta poteſt elici quod excellentiſſimum eſt neque cum ullo alio Arſenicali vapore commixtum. Hinc conficere potes.

Ol. vel Spir. Sulphur.
Flor. Sulphuris.
Lac Sulphur.
Balſam Sulphuris.
Sulph. Philoſ. præp.

QUandoquidem *Oleum*, *Flores*, *Lac* & *Balſamum Sulphuris* unicuique nota ſunt, non eſt neceſſarium ut hìc eorum deſcriptiones ſubjungantur; vobis autem ſolùm de-

demonſtraturus ſum quomodo *Sulphur Philoſophorum* ſit præparandum.

Præſtantiſſimi *Philoſophi* nobis affirmarunt quod ex communi *Sulphure* ſi prout decet pertractetur, non minùs ac ex *Metallis Sulphur Philoſophorum* confici poteſt. Modum autem id peragendi vos hìc fideliter edoceo.

Sulphur. Philoſophicè præp.

Recipe tres aut quatuor Libras *Salis petræ* quas in crucibulo depones eas cum carbone accendes, dum verò comburitur, carbones identidem minutiſſimè contuſos injice donec Carbones non ampliùs inflammentur, tunc extrahe materiam eique Libras duas Calcis vivæ ſuperaddes, & Libram unam Stricturarum: optimè totum ſimùl commiſce atque cum igne fortiſſimo per duos dies atque totidem noctes calcina: deinde illud ex-

extrahes contundes atque calidam aquam ſuperaffundes, & exhinc forte *Lixivium* decoques, ibidem Flores Sulphuris quantum ſuſcipere poterit erunt tibi ſolvendi.

Rubram iſtam Solutionem intùs coque donec *Sal ſiccum* evadat, illud in Crucibulo depone quod in Annulo ſuſpenſo in parva fornace conſtitues, & ipſum optimo calore fovebis per duorum aut trium menſium Spatium: quò diutiùs, eò meliùs, tunc illud iterùm ſolves cum Aquâ, quod ſufficiat, deinde Sulphur deorſùm decuties cum *Aceto* diſtillato vel cum alio *Acido*, & illud aſſerva. Hoc eſt idem Sulphur quod in hoc libro variis in locis atque præſcriptionibus commendari, nec opus eſt ut de eo reiterentur Hiſtoriæ.

Cryſtallus & alii Nobiles atque Pretioſi Lapides.

TOt & tales colligere poſſumus ac neceſſitates noſtræ, quoad uſus Medicinales requirunt: libenter hìc nonnullas ex eiſdem præparationes deſcriberem, ſed quoniam eorum materia duriſſima eſt quæ mediis vulgaribus regi nequit, ſimilem Tractationem ad aliud tempus dimittere malui. Quoniam igitur mihi animus ineſt in rebus iſtis aliiſque præparationibus Experientiam meam exercere, ulteriorem uſum quorundam hìc diſcriptorum *Medicamentorum* detegere quod quidem hac vice pro temporis brevitate præſtare non potui nec eadem Artis Amatoribus communicare, Amiciſſimè tamen vos obſecro ut quæ vobis nunc offeruntur eadem incundè atque benevolè ſuſcipere velitis.

F I N I S.